BK/ALB

GALENI LIBELLVS AN IN ARTERIIS NATVRA SANGVIS CONTINEATVR

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM MARPVRGENSIVM ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRIDERICVS ALBRECHT
FRIEDENAVENSIS

MARPVRGI CHATTORVM MCMXI
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS

Dissertatio ab amplissimo philosophorum ordine referente
Carolo Kalbfleisch
probata die XXIV mensis Novembris a. 1910



PARENTVM MEMORIAE

Praefatio

In libello qui inscribitur 'an in arteriis natura sanguis contineatur' et Erasistratum et illius sectam Galenus vehementissime aggreditur, qui in arteriis nihil nisi spiritum includi summa cum pertinacia docebant. cuius doctrinae prima initia ab Alcmaeone Crotoniata repetenda esse videntur (cf. Wachtler, de Alcmaeone Crotoniata 1896 p. 71/2). Praxagoras autem medicus princeps quantum scimus arterias spiritu impletas esse ratione ac via demonstrare studuit; quem Chrysippus minor et inde Erasistratus discipulus eius sequebantur (cf. quae Wellmann Hermae t. XXXV p. 379 disseruit). Erasistratus vero, quamquam accuratius in res anatomicas inquisiverat, huic destinatae sententiae quasi addictus et consecratus, ne sanguinis cursum dignosceret, sibi ipse viam interclusit (cf. Wellmann apud Pauly et Wiss. VI_2 s. v. Erasistr. col. 334, 340, R. Fuchs, Erasistratea, diss. Berol. 1892 p. 20 et eiusdem commentationem in Hermae t. XXIX p. 179). nititur autem haec sententia notissimo illo de vacui horrore quem dicunt placito, ad quod confirmandum quantum philosophorum doctrina valuerit, quaerere nostrum non est (cf. Diels, *Sitz.-Ber. Berl.* 1893 p. 106 sq.).

De eadem re, *εἰ κατὰ φύσιν ἐν ἀρτηρίαις αἷμα περιέχεται,* iam antea Marinum medicum (initio saec. II post Chr. n.) in tertio libro anatomico quaestionem absolvisse Galenus auctor est (scr. min. II 104_{26} M.), cuius libros XX in IV se redegisse ipse confitetur. Marini quidem disputationem ad eos, fortasse Erasistrateos, spectare, qui sanguinem in arteriis inesse negaverant, facile apparet. sed Galenus quia ut

saepius ita nostro libro unde hauserit dissimulat et Marinum ne obiter quidem nominat, vix quantum sustulerit quantum de suo adiecerit diiudicari potest. habemus denique cur Galenum artis medendi adhuc studiosum Marini scrinia ut ita dicamus compilavisse, postea vero suo ingenio hunc libellum peculiarem elaboravisse existimemus, in quo omnia Erasistrateorum decreta denuo perlustrat experimentisque redarguit (8_{19}, $13_{20, 27}$, 14_{10}, 19_{13}). cui pugnae de arteriis ortae permulti medici intererant, cf. 21_4 *γεγράφασι μὲν γὰρ πολλοὶ τρόπους τινὰς ἀνατομῶν οἷς δείξειν ἐπαγγέλλονται κενὰς αἵματος εἶναι τὰς ἀρτηρίας*) et Archigenes iique qui ab eo stabant, accuratius et copiosius hanc rem tractaverant, cf. VIII 940_8: *καὶ πολλὰ περὶ αὐτοῦ* [sc. *περὶ τοῦ εἰ κατ' ἀλήθειαν ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν αἷμα περιέχεται*] *λέγοντας οἶδα τοὺς περὶ τὸν Ἀρχιγένην. καίτοι γ' εἴπερ αἰσθήσει διαγνωστὸν ἦν, μάτην πολλὰ ληροῦσιν ἐνὸν εἰπεῖν ἀντικρὺς ψεύδεσθαι τὸν Ἐρασίστρατον, ἃ διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐμάθομεν, ταῦτα μεταπείθειν ἡμᾶς λόγῳ πειρώμενον. ἀλλ' οὐδεὶς ἐτόλμησεν εἰπεῖν αἰσθάνεσθαι τὴν ἁφὴν τῆς ἐν ταῖς ἀρτηρίαις ὑγρότητος.* itaque ex horum quoque libris argumenta adversus Erasistrateos petere poterat Galenus, quem etsi saepe acerrime in Pneumaticos invehitur multa tamen eis debere constat (cf. Wellmann, *Die pneumatische Schule* Berl. 1895 et Kalbfleisch, *Gött. gel. Anz.* 1897 p. 818 sq.). unum certe argumentum quo Erasistratus impugnatur ab Asclepiade Bithynio petitum esse infra videbimus (p. 29).

Fere IV abhinc lustra papyrus cuius scriptor anonymus Londinensis dicitur, in lucem prodiit, qua etiam haec quaestiuncula contra Erasistrati sectatores absolvitur. Dielesius Kenyonem secutus haec fragmenta primo post Christum n. saeculo orta esse eruit, v. edit. praef. XV et quae Hermae tomo XXVIII (1893) p. 411 sq. exposuit. atque hac fere ratione anonymus progreditur: errare dicit Erasistrateos, quod in arteriis spiritum solum contineri asserant; nam ex arteriis laesis sanguinem profundi (col. XXVI 31—38). quod

cum sic explicent: ex venis per arterias sanguinem provenire sicuti per fontes aquam [cf. 19_2: *ὡς διά τινων ἀψύχων σωμάτων*] atque ne locus inanis continuus fiat [48 c: *μὴ δύνασθαι κενὸν ἀθροῦν ἀπολείπεσθαι τόπον* = 5_9: *κενὸς ἔσται τόπος ἁθρόος*] ex venis in arterias irrumpere [48 d: *παρεμπείπτειν γὰρ τὸ αἷμα ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας* = 13_{25}: *παρέμπτωσιν αἵματος ἐκ ⟨τῶν φλεβῶν εἰς⟩ τὰς ἀρτηρίας γίγνεσθαί φησιν*] et effluere ut per calamos (39—48 g), longius eos a veritate recedere. nam parum feliciter eis evenire, ut arterias cum calamis comparent, cum semper spiritus aliquantulum et in calamis et in arteriis retineatur (49—XXVII 6) [eodem fere simili usi aliud Galenus (de arteriis spiritu repletis) aliud anonymus (de arteriis vulneratis) docent: *τὰ ἡμέτερα σώματα τοῖς ἀσυμπτώτοις ἔοικε σώμασιν ὡς σίφωσί τε καὶ καλάμοις· ὡς γὰρ οὗτοι καταχθέντες οὐκ ἀποκρίνουσι τὸ ἐν αὐτοῖς περιεχόμενον πνεῦμα οὐδὲ κενοὶ γίνονται τούτου, ἀλλ' ἐμμένον ἔχουσιν ἐν αὐτοῖς, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ἀρτηριῶν . . .* = 5_{20}: *ἐὰν τὸ κατὰ τοὺς ἁπαλοὺς καλάμους ἀναμνησθῶμεν φαινόμενον . . . ὅσον δ' ἔφθανεν ἀέρος περιέχεσθαι . . ., τοῦθ' ὑπομένειν ἀναγκαῖον. οὕτως οὖν ἔχει καὶ κατὰ τὰς ἀρτηρίας*]. porro si locus evacuatus sanguinem elicere possit, eum aerem quoque retinere debere; sed denuo quoniam eiusmodi nihil eveniat, falsam esse illam rationem (6—10); deinde similiter eos labi cum utribus humore vel spiritu repletis arterias esse conferendas asseverantes (11—17). hoc quam prave disputent, vel inde apparere quod arteriae neque in se concidant neque si concidissent, *παρέμπτωσιν* admitterent (18—35). tum id quidem eorum argumentationem efficere, ut spiritum, non sanguinem promanare concedamus (36—48? singulos versus in loco valde mutilo certo indicare non possumus). neque enim uno temporis momento totum spiritum emitti neque sanguinem statim sequi posse, sed satis magnum temporis spatium inter spiritus et sanguinis evacuationem intercedere oportere [sic enim verba mutila 49?—XXVIII 6 interpretanda esse credi-

derim; οὕτως τε πολὺς χρόνος γενήσεται ὥστε μετὰ τὴν κένωσιν τοῦ πνεύματος ῥυῆναι (?) τούτων τὸ αἷμα = 4_2 (et $20_{11/12}$): . . . ἀλλ' ἐν χρόνῳ πλείονι κενοῦσθαι τὸ πνεῦμα κτλ.]. denique si cor spiritu effuso primum sanguine repleretur, animal mori necesse esse, at nihil eiusmodi evenire (6—12) [εἴπερ ἡ καρδία πρώτη κενουμένη τοῦ πνεύματος πρώτη καὶ πληροῦται κατὰ τὴν παρέμπτωσιν αἵματος, λέγω (?) ἀναιρεθήσεται τὸ ζῷον τῷ ἐν ἀνοικείῳ γίνεσθαι τόπῳ τὸ αἷμα = 8_5: πρῶτον μὲν ἐκκενοῦσθαι τὸ ζωτικὸν πνεῦμα πᾶν, ἔπειτα δὲ εἰς ἁπάσας τὰς ἀρτηρίας αἷμα μεταχεῖσθαι (quod παρέμπτωσιν Erasistratei nominaverant)· τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν τῆς καρδίας. εἶτα πῶς οὐκ ἐπνίγη τὸ ζῷον αἵματος ἐμπλησθείσης τῆς κοιλίας ταύτης ἢ οὐκ ἀπέθανεν ἔμπροσθεν;]. apparet igitur anonymum in universum quidem cum Galeni Erasistrateos profligandi ratione aliquantum consentire (explicatius anonymus Galeno disserit XXVI 39—48 a et aliam viam ingreditur XXVII 6—10, 17—35), sed argumentationis indole atque colore valde ab eo discrepat. breviter enim et concise anonymus redarguit quaecumque Erasistratei interpellare possunt, ampliore et elegantiore dicendi genere utitur Galenus. artis vocabula anonymus habet ἀναστομοῦσθαι, παρέμπτωσις et παρεμπίπτειν, κενὸς ἀθροῦς τόπος communia cum Galeno, sed etiam verbis nostro libro non admissis utitur ἀσύμπτωτοι, εὐσύμπτωτοι, ἐπισύμπτωσις, ἀπο- et εἰσκρίνειν.

Quo tempore Galeni libellus conscriptus sit, Ilberg in mus. Rhen. t. XLVII p. 501 eruere studuit;[1]) quem etsi libellum locis quibus nominatim laudatur prolatis optimo iure intra libros περὶ χρείας ἀναπνοῆς (cf. p. 14_{13}) et περὶ χρείας σφυγμῶν posuit (cf. p. 22), tamen libri IV περὶ χρείας μορίων locum huc spectantem neglexisse moneo (I 242_2

[1]) sic ordinem librorum composuit l. c. p. 513: περὶ κράσεων, π. δυνάμεων φυσικῶν, π. σπέρματος αβ', π. χρείας μορίων β' — ιζ', . . . π. χρείας ἀναπνοῆς, εἰ κατὰ φύσιν, π. χρείας σφυγμῶν et qui sequuntur.

H.: *αὐτὸ μέντοι τοῦϑ' ὅτι κατὰ φύσιν ἐν ἀρτηρίαις αἷμα περιέχεται, καϑ' ἕτερον λόγον ἰδίᾳ δέδεικται*), unde intelligitur Galenum librum quartum illius operis anatomici libello *εἰ κατὰ φύσιν κτλ.* iam confecto edidisse. libri quibus de pulsibus docet Galenus, tum cum iterum Romae (ab hieme anni 168 p. Chr. n., cf. Klebs, prosopogr. imp. Rom. I p. 377) versabatur, orti sunt, antea libri de usu partium (cf. Ilberg, mus. Rhen. XLIV p. 219 adn. 3 et p. 220), ante quos *εἰ κατὰ φύσιν* in lucem prodiit. sed *οὐ πρὸ πολλοῦ*, non multo ante septimum librum *ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων*, quas post opus illud *περὶ χρείας μορίων* perfecit (l. c. p. 216, 223 sq.), Galenus nostrum quoque librum divulgavit (II 645_{12}: *καὶ τοίνυν καὶ ἄλλος τις οὐ πρὸ πολλοῦ γεγραμμένην ἐγχείρησιν ὑπ' ἐμοῦ κατὰ τὸ βιβλίον, οὗ ἐπίγραμμά ἐστιν ʻεἰ κατὰ φύσιν ἐν ἀρτηρίαις αἷμα' διηγεῖτο πρὸς τοὐναντίον*). tamen libellum *εἰ κατὰ φύσιν* non multo post a. 169 elaboratum esse ex eis quae modo exposuimus intelligitur. neque impugnat locus 19_7, quo placita quae dicunt laudantur, quippe qui ad libros V et VI pertineat iam nonnullis annis ante in lucem missos (l. c. p. 218). miramur quidem quod in quarto libro disputationis ʻde pulsu dignoscendo' quo septies de hoc, an sanguis in arteriis contineatur (VIII 936_{16} sq., conferas ibd. 940_{11}: *οὐδεὶς γὰρ ἔστιν, ὃς οὐκ ἂν ἐπινοήσειεν ἐν ταῖς ἀρτηρίαις αἷμα περιεχόμενον, ἀλλ' εἰ κατ' ἀλήϑειαν ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν περιέχεται, ζητοῦμεν*), contra Praxagoram et Erasistratum disserit, ne verbo quidem huiusce libelli mentionem facit, sed ne verbum *ζητοῦμεν* urgeamus cavendum est.

De codicibus editionibusque graecis

Codices aetatem tulerunt duo: Laurentianus 74,3 saec. XII (L, f. 91ʳ—98ᵛ) et Marcianus append. cl. V 4 saec. XV (V, f. 229ᵛ—233ᵛ), quos academiae Borussicae iussu photographice depictos in hoc libello emendando excussi. de L codicis habitu externo conferas Marquardtium

(scr. min. I, p. XI). de Marciano vide quae disseruit Helmreich (de temperam. lib. I, progr. gymn. St. Annae Aug. Vind. 1897 p. VI: ‘in meliorum librorum numerum referendus est’).

De scriptura in L adhibita haec addamus: ν paragogicum quod vocant etsi in verborum terminationibus scriptum videmus, saepissime propter compendiorum usum parum perspicitur, cf. infra p. XVII fin. saepius ξ cum ζ permutat scriba. quae in orthographia uterque codex erravit, hic habes:

cod. L: 5_{13} *λήματος* 14_{21}, 15_{14} *λήματα* $16_{10, 22}$ *λήμασιν* 5_{18} *συστέλοιτο* 5_{23}, 6_{2} *συστέλεσθαι* 5_{21} *διαστέλομεν* 12_{8} *σφάλοιτο* 13_{19} *μαχθηρόν* 14_{16} *προβάλειν* 15_{24} *συμπεπληγμένον* 17_{22} *πεφυκύας* 18_{6} *πληρώμενον* 11_{23} *τοῦτ᾽ ἧκον* 18_{26} *τοῦτ᾽ ἑτέρωθι* 21_{6} *εἰθ᾽ οὐδεὶς.*

cod. V: 3_{23} *ἐκφυσόμενον* 5_{13} *λήματος* = L ibd. $_{14}$ *ἀλὰ* ibd. $_{24}$ *φυσόντων* ibd. $_{29}$ *πληλούσης* 8_{4} *βελώνη* 9_{1} *βελώνην* ibd. $_{2}$ *βραχαίαν* 10_{5} *τραχείλου* 11_{24} *πειθανοῖς* 12_{8} *σφάλοιτο* = L 16_{2} *ἀγρυκίαν* ibd. $_{14}$ *διχίτονες* 17_{6} *ἀγοίκως* 18_{6} *πληρωμένου* 11_{23} *τοῦτ᾽ ἧκον.*

Bis forma *γίνομαι* in utroque codice occurrit ($3_{8, 9}$), alias constanter *γίγνομαι* et *γιγνώσκω*. item *ττ* attice adhibetur excepto 6_{19} *ἁρμοζομένης.*[1]) in accentu et spiritu passim peccatur; praecipue in encliticis quae vocant alia atque nostra ratione utitur Laurentiani scriba. verba hic illic (cf. 3_{1} *διό* 13_{23} *οἴδ᾽*), imprimis in crasi, non distinguuntur ut in *κάπειθ᾽, καθότι, καν* similibusque, interdum nimis *᾽ἀληθές, ἐἄν.* in interpungendo sua ratione scriba utitur nec media in sententia colo posito ordinem interrumpere ac divellere veretur. ι subscriptum quod dicunt cum prorsus et in L et in V desit, ubicumque postulatur addidimus. *ἀθρόος* utique in *ἄθρόος* mutavimus (3_{22}, $5_{10, 14}$). de codicis L lacuna in foliis 91r et 91v perspicua vide quae ad 2_{15} et 3_{26} adnotavimus.

Eadem alterave manus in L correctiones edidit. 4_{13} librarius prius α in *ἅπαν* falso (cf. infra p. 28) expunxit. 13_{3} *οὐ μήν γ̈ὲ ἱκανά γε* prius γε delevit, 14_{15} lectiones duas

---

[1]) formae in *ττ* desinentes saepius apparent: de plac. 517_{4} M.: *προσαρμόττεσθαι*, VI 30 *ἁρμόττουσαν*, VIII 946_{14} *ἁρμόττειν*, XI 204_{1} *ἁρμόττει*, scr. min. III 158_{9} M.: *ἐναρμόττει.* de forma *ἁρμόζειν* cf. de victu att. p. XVII Ka.

eligendas proposuit διαμαρτάν$\overset{\text{ουσι}}{\text{εται}}$. praeterea fere unoquoque in folio corruptelae signum + in margine addidit, non semper iure.[1]) sed miramur quod, quam oratio hiet, librarius f. 95^r in. et 95^v in. (p. 13_{14} et 14_{16}) non animadvertit. in illis vero III tantulis emendationibus utrum L[1] an L[2] locos quos commemoravimus notare vel castigare studuerit, distinguere non possumus.

V codice L multo inferiorem bonitate esse vel obiter legenti patescet. sed cum L cognationis quodam vinculo coniungitur. nam pleraque menda quibus V scatet inde nata sunt quod V compendia ambigua quippe quae perperam intelligeret, octogies prave dissolvit, L vero fere non mutata reddidit. tamen restant loci quibus V non ex L pendere colligimus:

	V	L
3_{27}	διατρίψαιο	διατρήσαις
4_{9}	λευκὸν	λεπτὸν
8_{3}	οἰκείοις	οἰομένοις
ibd. $_{8}$	ἐπενέγκῃ	ἐπνίγῃ
9_{8}	οὐ	καὶ
11_{29}	καταφεύγει	διαφεύγει
12_{14}	κένωσιν	κίνησιν
15_{23}	ὅπερ	ὅταν
16_{18}	πνεύματος	πνεῦμα

huc accedunt bonae scripturae peculiares, etiamsi minoris momenti sunt:

	V	L
2_{17}	οἱ λόγοι	ὀλίγοι
3_{2}	τὰς	τῆς
6_{11}	κενωθήσεται	κενωθῇ
13_{7}	μηδὲν	μηδενὶ
15_{7}	θατέρῳ	θάτερον
21_{6}	ἀληθής	ἀληθές

V prave quaedam verba omisit:

$2_{4/5}$ εἰ μεταλαμβάνεται ibd. $_{20/21}$ XIII verba 4_{2} διά 5_{24} ἄν

---

1) $2_{22/24}$ ἐστὶν — λεγόντων $11_{2/3}$ καὶ — μεσεντ. $14_{2/3}$ (κομισθή)-σεται — αἷμα $17_{3/4}$ τολμᾶτε — Ἀριστ.

7_{18} *κατά* 10_{14} *αὐτός* 11_{21}, 17_{6} *καί* 16_{10} *ἤ* 18_{3}, 21_{4} *γάρ* ibd. $_{6}$ *τοῦ* $_{12}$ *μέν* $_{26}$ *τε*

et addidit:

6_{26} *συνεκκενοῦσθαι* 11_{29} *τὰς* 13_{10} *γε*

IV vestigia cuiusdam correctoris in V comprehendimus: 7_{4} *ῥάχ^{ιν}ῆν* 9_{10} *λεπ^{τ}ιῇ* $17_{6/8}$ et $18_{4/6}$ sq. ordinem inversum litteris *α β γ* suprascriptis librarius restituit.

Ex eis quae supra composuimus intelligitur V non ad L referendum esse, sed ad archetypi apographum (x), quod vitiis iam multis immaculatum alicuius tamen pretii erat. at codicem L quamvis ipse haud raro mendis obnoxius sit quam maxime sequemur.

a Typis expressus primum in editione aldina (a) liber noster prodiit. quae in mendis e compendiis ortis prave consentit cum V locis LI,[1] haud raro in locis corruptis emendationem periclitans elapsa est.[2] verumtamen saepius (locis XXVI)[3] neutrius codicis qui temporis iniuriam evasit fundamento nisa contextum emendatiorem praebet. codicem L prorsus non esse fontem vel ea res docet quod tricies[4] aldina cum V erravit, ubi in Laurentiano lectio recta eaque nulli dubitationi obvia exstabat. id quoque apparet aldinae editorem ignorare, ubi Laurentiani librarius depravationis signum adiecerit; saepius autem ipse in locis mutilis sive foedatis asteriscos apposuit. neque vero ipsum codicem V descripsit aldina, quia $2_{20/21}$ totam lineam a V omissam exhibet. itaque aldinam codicem aliquantulum codice V praestantiorem ante se habuisse statuimus et

---

[1]) velut 6_{17} *λεπτοτέρας* (pro *-τάτης*) 8_{17} *τὸ* (pro *τὰς*) ibd. $_{25}$ *δεήσῃ* (pro *διασημαίνῃ*) 11_{1} *καί τινες* (pro *καίτοι*) 16_{3} *περιέργοις* (pro *-γίαις*).

[2]) cf. 2_{16} *μέν, ὥς δ' ἄν* (leg. *μὲν ἄν, ἵνα δέ*) 13_{25} *ἐκ τῆς ἀρτηρίας* (leg. *ἐκ ⟨τῶν φλεβῶν εἰς τὰς⟩ ἀρτηρίας*, codd. *ἐκ τὰς ἀρτ.*) 16_{7} *ὑπαρχούσης* (leg. *ἀπέρχονται*) sim.

[3]) vide 6_{8} *κατὰ* (codd. *μετὰ*) 12_{19} *γένος* (codd. *μέρος*) 13_{6} *πόματος* (pro *σώματος*) 19_{5} *ἵν'* add. ibd. $_{16}$ *ὡς περιβάλλειν* (pro *ὥσπερ βάλλειν*).

[4]) cf. locos quos p. VII enumeravi 8_{3}, 9_{8}, 11_{29}, 12_{14}, 15_{23}.

textum quantum potuit a mendis compluribus purgavisse; nam multas correctiones illis viris litteratis et acumine ingenii praeditis, quos aldinam edendam curavisse scimus, attribuemus. quapropter V et a ex eadem stirpe (x) esse prognatos verisimillimum est.

Editio basileensis (b) aldinam unde expressa est, aliquantum superat, quippe quae non modo a plerisque preli erroribus se purgaverit, sed etiam codicibus aldinaque emendatius contextum restituerit octies: b

	b	L
1_{18}	*προσκείμενον* (-*ον* typothetae error (= Cornarius)[1])	*προκειμένου*
4_{14}	*ἐχούσαις* (= Corn),	*ἐχούσης*
7_{20}	*οὕτω* (= Corn)	*οὔπω*
8_{6}	*μεταχεῖσθαι*	*μετοχεῖσθαι*
11_{16}	add. *ἢ*	
ibd. $_{18}$	*πνεῦμα* (= Corn)	*αἷμα*
15_{15}	*προσιέμενοι* (= Corn)	*προιέμενοι*
17_{24}	add. *οὐ* (Corn)	

quamquam correctiones satis facile inveniri poterant, tamen basileensis editorem non prave officium criticum praestitisse concedemus.

Charterii editio (c) anno 1679 in lucem missa ne ea quidem quae bas. castigaverat prorsus retinuit (4_{14} *ἐχούσας* 11_{18} *αἷμα*!) et perpaucis eisque levissimis exceptis emendationibus c

1_{10} *ἦν* c: *ἦεν* Lab: *ἢ ἐν* V 7_{20} *καὶ* add. c 8_{22} *τῷ σφυγμῷ* c (= L): *τῶν σφυγμῶν* Vab 13_{22} *εἰ* c: *ἢ* LVab

textum in peius finxit capitibusque singulis inscriptiones graecas adiecit. praeterea fere ubique *τοιοῦτον* vel *τοσοῦτον* littera *ν* omissa mutavit.

In vestigiis a Charterio expressis Kuehn (k) haeret, quem Iw. Mueller 'mancipium Charterii' appellavit. suo Marte quidem codicis L (et V) scripturam ab editoribus foedatam restituit: k

---

[1]) de hoc cf. hui. diss. p. XV.

k

1_3	ἑτέρωθεν	ἑτέρας V: ἑτέρωθι b c, sim. 2_1
2_{23}	ἑαυτοῦ	ἑαυτῶν V a b c
6_{17}	λεπτοτάτης	λεπτοτέρας V a b c
8_8	ἐπνίγη	ἐπενέγκη V: ἐπεπνίγη a b c
9_{10}	τετρώσεται	τιτρώσεται a b c
17_{18}	μὴν	μὴ a b c

hic illic feliciter omnibus testibus invitis mutavit (leviora omitto):

3_{27} om. ἂν		
5_4 πότερον (= Corn)	πρότερον	rell.
ibd. $_{24}$ αὖ	ἂν	—
10_{18} γε (= Corn)	τε	—
12_{13} add. τοῖς		

attamen quod Charterii errores tam stultos quos facillime dummodo basileensem consuluisset emendare poterat, tollere noluit, cf.

2_{12} om. φαίνεται 11_{18} αἷμα pro πνεῦμα 13_2 τῶν pro τω ibd. $_{15}$ ἀμαχεὶ pro ἀμαχὶ ibd. $_{23}$ ἐν αὐταῖς pro αὐτοῖς 17_7 ἐπιγραφέντες pro ἐπιστραφέντες ibd. $_{14}$ om. καὶ 19_{25} om. αἵ 21_5 ὡς pro οἷς

inde eum basileensem quamquam illius paginas constanter secum fert, ne inspexisse quidem pro explorato habemus.

De interpretationibus latinis

In tanta codicum penuria quaecumque ad textum emendandum idonea sunt omnimodo nobis adhibenda sunt. itaque interpretationes latinas quoque consulimus. quamquam nobis cavendum est, ne ea quae interpretes iure iniuriave mutaverunt codicibus quibusdam qui aetatem non tulerunt imputemus.

w Principem locum interpretatio Joannis Guinterii (= Winter: w) Andernaci medici a. 1536 Parisiis in lucem emissa tenet, cuius exemplar quod in bibliotheca Leidensi asservatur inspexi.

i Alteram sedem occupat Julii Martiani Rotae interpretatio 1541 in prima iuntina quae dicitur (f. 55^b—58)[a]

edita. ex qua ad verbum expressae sunt editio basileensis 1542 in Frobenii officina (p. 198—208) et altera basileensis 1549 (p. 213—226) capitum conspectu aucta paullulumque correctior a Jano Cornario medico curata; sola haec in capita X,[1] reliquae in VIII dispertiuntur. in septima iuntina ultimam Rotae recensionem habes fere nihil a prioribus recedentem, qua de causa basileenses editiones et iuntinam littera i designamus. haec Rotae interpretatio recentiorum fundamentum est.

Tertium locum Victoris Trincavelii (t) translatio t (Lugduni 1560 p. 179—205) tenet. cui propius accedit interpretatio a Jo. Baptista Rasario (r) instituta et apud Vinc. r Valgrisium Venetiis 1562 expressa (primae classis f. 66^b—69^a), quam Ackermann (ed. Kuehniana. praef. XC) silentio praetermittit.

Charterius a iuntinarum versione nisi in capitibus I—IV (secundum partitionem postea receptam) longius non recedit; inde ad verbum cum illa congruit. et Charterium Kuehn ut puer dominum sequitur. sed iam singula videamus.

Guinterius medicus fere verbum e verbo ita transtulit, ut haud raro codicum aldinaeque errores vix perferendos non agnosceret aut dilueret velut

1_{12} *praepositam,* sim. l. 18 5_4 *quid enim sibi vult prius* 15_{22} *conclusio erit huius complexus affirmativa*

saepius ea quae ambiguo compendio in L descripta falso intellexerant V et a recepit, cf.

6_{17} *acu subtiliore* 20_{12} *forsan*

aut contra codicis L scripturam prave cum V a consentit, v.

8_{16} *evacuatoria* 9_8 *non enim hunc vult . . plexum esse*

interdum vero Guinterius aldinae textum vitiis purgatum recepit:

3_{26} *acu tenuissima* (= comp. L) 6_8 *si calamum . . contra ventos omnes opposueris* 9_{13} *spiritus perspiratu* ibd. $_{14}$ *cum eo* (= comp. L) 12_{19} *genus* 13_{24} *simul*

---

[1]) cap. I—IV = c k, cap. V 10_1—11_{19}, cap. VI —13_3, cap. VII —15_{26}, cap. VIII —17_5, cap. IX —19_4, cap. X —fin.

alibi vero nullo codice nisus textui medelam adhibuit, velut:

4_8 *sibi* ibd. $_{16}$ *substantia aliqua* 6_{21} *acum tenuem arteriam pungere* $8_{1/2}$ *contineri* ibd. $_{14}$ *cum neque . . neque* 10_7 *novos quosdam subterfugiendi modos* 11_{16} *prius quam* 13_1 *privatim* ibd. $_{14}$ *iam ab illis rogare velim quomodo* add. 14_{16} *quomodo arbitrarii motus erunt aut arteriarum motus liber et sine impedimento, cum sanguinem contineant* add. 17_{13} *continere* ibd. $_{24}$ *atqui non primum*

unde Guinterium aldinam secutum interpretandi officium praestitisse patescit.

Rotae interpretatio satis perpolita et castigata locis non ita paucis codicum aldinaeque lectionem rectiorem reddidit:

1_{12} *apposita* (= Corn) 5_4 *utrum* (= Corn) 11_{18} *spiritum* (= Corn b) 13_4 *si quis* 15_{15} *consequentisque* ibd. $_{22}$ *illatum erit . . negatio* ibd. $_{25}$ *deinde eius quod sequebatur opposito assumpto* 20_{14} *ut dixi* (= Corn).

accedunt alii quibus cum L consentit:

7_{11}[1]) *hasce* 9_8 *neque enim . . non vult* 15_7[1]) *id quod . . sequetur* (= Corn) 20_{12}[1]) *tam cito* ibd. $_{17}$[1]) *obstricto filo* (= Corn).

de additamentis 13_{14} et 14_{16} elegantius quam a Guinterio insertis infra agetur. at haec omnia quamquam speciose coniecta eleganter interpretata feliciter sententiarum conexu comprobata esse crediderim, tamen Rotam codicis non iam superstitis adminiculo fulciri negaverim, eumque ut erat vir doctus in aldinae textu tractando si non utique, at certe saepe menda quibus cum L tum a abundabant, emendasse statuo. hic plerumque feliciter rem gerit, ubicumque Guinterius aldinae mendosam scripturam secutus erravit; at ea quae iam Guinterio ut sanaret contigerat, hic quoque praebet (excepto 10_7 *novos*). Rotam vero, cum Galeni opera verteret, illius translationem adhibuisse quamquam prorsus negare non possum, tamen quin ipse suo ingenio easdem atque Guinterius lectiones quae facile dum-

---

[1]) in L compendium anceps.

modo textum accurate tractaveris inveniri possunt multasque alias divinatus sit, nullus dubito.

Cornarius qui anno 1549 Galeni opera latine edidit, pauca eaque levia mutavit; ter ipsius coniecturis usus correctiones latine addidit

3_8 *humectior* 16_8 *nonne* 17_{15} *ex hoc et eo, quod sanguis in ipsis contineatur, aliquando quod arteria spiritu a corde non repleatur, deduximus.*

ceteras minutias quasdam enumerare nolo.

De Trincavelii et Rasarii operibus breviter haec adnotamus. uterque interpres iuntinae additamenta neglexit. solum in t vitiose traduntur loci hi:

11_5 *neque etiam motus* (libri *κένωσιν*) 13_8 *esse facturam* (ll. *ἐργάσασθαι*)

codicis L (et aldinae) errores a reliquis translatoribus sanatos tenet t: 16_{19} *et tertio non sine risu . . . attulimus* 17_{24} *sed primum est,* 17_{15} etiam ea quae Cornarius inserenda putavit invitis codicibus, exhibet t (nimirum aliis vocibus usus). pleraque vero a t feliciter translata iam iuntinae editor eruerat[1]. ipsum quoque t non sine iudicio contextum tractavisse edocemur 14_{16}: *Aliqua hic in Graeco codice desiderantur* et 16_7: *Hoc in loco Graeci codices videntur corrupti, et fortasse aliquid deest.* quae verba ne nimis premamus caveamus, cum ad ald. et bas. spectare videantur; equidem t ex aldina fluxisse contendo, hic illic basil. quoque adhibuisse; at iuntinam eum consuluisse prorsus nego, cum 13_{14} — ut illa prave translata omittam — Guinterii Rotaeque supplementis spretis voce *at* lacunam admodum expleri putet et 14_{16} et 16_7 corruptelae signum pinxisse satis habeat nec illis a Rota (Cornarioque) inventis utatur.

Peccatis plerisque interpretationem suam purgavit Rasarius, quae si dicendi colorem respicis, propinquitate

[1]) solus 10_{10} *quousque aliquis . . . exosus cum illis loqui fastidiens recedat* 8_{25} *huic vulnus infer* et 12_{13} agnovit *rationem quam contra illum* (sc. *motum*) *ipsi finxere*

quadam cum t coniuncta esse videtur. atque inde quod correctiones ab r editae librorum a, b, i fide comprobantur, Rasarium in nostro libello interpretando has editiones adhibuisse elucet. ita quoque verba in margine $4_{3/4}$ apposita concepimus: *Graeci libri hoc loco corrupti sunt.* ea vero addere 13_{14} et 14_{16} reformidavit quae alii inculcaverant.

At Charterium acerrime propter translationem prorsus neglectam perstringimus, qui quamquam textum graece et latine simul imprimendum curat, alterius cum altero comparandi officio supersedere se posse arbitratur. in capitibus autem prioribus IV ab iuntina aliisque valde dissentit, quibus artius graeca verba complectitur. hic illic quidem rectam in interpretando lectionem coniectura assequitur, aliis vero locis a Rota iam sanatis (5_4 *prius* 6_{17} *tenuiori* 7_{11} *ipsam* pro *ταύτας*) falsam Guinterii editionumque scripturam recepit, ut omittam eum vel id quod extricaverat ad graecum textum emendandum adhibere neglexisse. et respicias quaeso illius socordiam, qui 13_{14} et 14_{16} latinum contextum fere ternis versibus plus graeco esse auctum omnino non animadvertit.

Idem Kuehn in versione delinquit, qui correctiones quoque in Charterii voluminis fine editas praetermisit; tribus autem locis[1]) ubi graecum textum in melius finxit, interpretationem ut alter Charterius integram reliquit. semel quidem 16_{25} *quid e quibusnam* interpretationem cum libris congruentem reddit, at locum simillimum 16_6 *ex quibusdam ... quaedam* intactum reliquit.

Ad rem illustrandam stemma adiecimus.

---

[1]) $1_3 = 2_1$, 5_4, 6_{17}, cf. p. X.



De virorum doctorum emendationibus

Viri docti cum alii nostrum librum castigare singulisque vitiis purgare studuerunt tum impensius Janus Cornarius medicus (1500—1558), qui emendationes a se propositas Jenensis aldinae margini adscripsit. a Grunero anno 1789 editae sunt[1]) temere parumque accurate; qua de causa Kaibelio acerbe eum carpenti, non Muellero laudanti assentior, quod tam neglegenter processerit neque in ea quae in textu solum, non in margine correcta erant animum intenderit; praeterea hic illic scripturas satis oblitteratas non agnovit, quas ex aldina a bibliotheca Jenensi benevolenter mihi transmissa dispexi. Cornarius quidem quamvis multos typothetae lapsus sustulerit quibus aldina abundat, tamen non paucos neglexit; atque etiam interpunctioni et accentui spirituique operam dedit et litteras quae typothetae

[1]) Jani Cornarii . . coniecturae et emendationes Galenicae . . ed. Chr. G. Gruner . . . Jena 1789, p. 57/58.

culpa exciderant, explevit. unde qui ne tantas quidem minutias respuerit, eum admodum multa errata praetermisisse miramur. omnes vero locos in aldina asteriscis notatos emendavit hic illic in margine argumentis auctos. mense septembri a. 1532 se aldinam sibi paravisse Cornarius in titulo adscripsit, et paulo post libros priores et posteriores perlegit, librum antecedentem, prout ex ipsius verbis colligimus *περὶ μήτρας ἀνατομῆς* mense oct. 1533, sequentem *περὶ σπέρματος* oct. 1533. hinc facile aliquis concludat hunc quoque libellum eodem fere tempore annotatum esse a Cornario; sed certe non omnes correctiones a. 1533 eum adscripsisse inde intelligitur, quod iuntina anni 1541 usus est. nam 13_{14} ín loco mutilato tantus est consensus in Rotae et Cornarii supplementis, quantus casu factus esse non potest, praesertim cum uterque duobus locis lacunam hiare sumpserit:

Cornarius	Rota
13_{14} ante *αἵ*: *τὸ δὲ δεύτερον προβαλλόμενοι τὸ πῶς εἰς ἅπαν τὸ σῶμα κομισθήσεται τὸ διὰ τῆς εἰσπνοῆς ἑλκόμενον πνεῦμα τῶν ἀρτηριῶν αἷμα περιεχουσῶν ἢ μὴ κομιζόμενον* (sic!) *πῶς*	*deinde quod secundum fuit* (*interrogant* i 1541, bas. 1549) *quo pacto aer attractus respirando in totum corpus veniat si sanguinem arteriae contineant: vel si non venit quomodo*
ibd. l. 16 post *πνεύματι*: *τινὰ τῶν οὐ παρὰ πᾶσιν ὁμολογουμένων λαμβάνουσιν*	*quaedam sibi dari volunt, de quibus inter omnes non constat*

quae additamenta e Rotae coniectura Cornarium inter annos 1541 et 1549 adscripsisse certum est, cum anno 1549 in Galeni operibus latine edendis illa verba reciperet. sed aldinam suam parum accurate cum translatione comparavit, ut docent aldinae loci adhuc intacti hi: $8_{1/2}$, 13_{1}, 17_{13} quos iam Guinterius (cf. p. XII) et 13_{4}, 15_{22}, 20_{12} quos Rota (cf. ibd.) emendaverat. ac ne basileensem quidem editionem graecam (1538) eum diligenter inspexisse ex ea re apparet, quod ea quae b in locis mutilis restituerat non transsumpsit (6_{24} *αὐτήν* [= L comp.] et 11_{16} *ἤ* add.). perscrutantibus nobis, utrum Cornario an aliis quoque viris doctis correctiones

attribuendae sint, succurrit annotatio ad 3_5 ab ipso facta: *πρῶτον alii,* quae ad Rotae interpretationem *primo* spectat, cum neque LV neque a b neque w illud *πρῶτον* prorsus explodendum exhibeant. nonnumquam denique ancipitem haesisse Cornarium docet 21_8, ubi *ψευδομένου* in margine notatum rursus delevit et 8_{16}, ubi post *κενὰ* littera erasa est ab ipso, ut videtur, Cornario. accedunt loci hi: 8_{16} *κενὰ vel κενούμενα* 11_{15} *διὰ vel εἰς οὖν τὰς hoc probo* 17_{24} *μὴ vel μὴν οὐ.* tum apud eum primum additamenta 13_{14} et 14_{16} codicibus abnuentibus graeca lingua occurrunt, quorum certe alterum e iuntina petitum esse supra vidimus. Guinterius autem et Rota qui ex sermonis ordine argumentationis seriem facile restituerunt, lacunam $17_{15/16}$ exstare negaverunt (t qui solus $17_{15/16}$ cum Cornario stat, 13_{14} et 14_{16} ab eo discedit). pleraque vero Cornario quae correxit ipsi ut viro sagaci litterisque erudito adiudicabimus eumque in textu sanando nec basileensem nec codices, semel vel iterum iuntinam consuluisse statuimus. quo in munere alii quoque versati sunt; sed Scaliger horum in numero non habetur qui in Galeni libris tractandis hunc integrum reliquit. etiam postea tales emendationes prodierunt; nam Gruner in 'specimine correctionum Galenicarum ab Casparo Hofmanno olim conscriptarum Jenae 1776' laudat p. 6 illius medici 'analecta correctionum graeci codicis Galeni impressi Basileae 1538' (absoluta sept. 1622), quae nusquam indagavi.

Recentioris aetatis virorum doctorum emendationes suo quamque loco afferemus.

De hiatu

In hoc quoque libello Galenus verba ita eligere atque collocare studet ut h i a t u m plerumque effugiat. saepe *ν* paragogicum, quod passim ubi Laurentiani scriptura anceps est ante vocales posuimus, hiatum delet; sic verbis *φησί* (*φασί*) et *ἐστί* (*ἔξεστι*) ubique fere per compendia depictis

nusquam nisi ante vocales aut in sententiarum fine ν adiecimus. quam in normam delinquunt loci hi: a) $12_{19/20}$ ἐδημιούργησεν μιᾶς $13_{9/10}$ γεγόνασιν καίτοι b) 17_{12} περιέχουσι· μὴ (cf. 18_{18} ἀπορῶσι, πῶς). de pronominibus τοιοῦτο, τοσοῦτο, ταὐτό cf. quae p. 26 ad 3_7 annotavimus.

ἔμπροσθεν post consonantes 1_8, 8_9, 17_{20}, (11_{19} ἐστι anceps), πρόσθεν post vocales ponitur 1_{17}, 9_3, 9_{21}, 13_{12}, 15_{21} excepto 20_{12} ὡς πρόσθεν. — μέχρι post vocales 5_{19}, 10_8 (5_6 ἐστι anceps), ἄχρι post consonantem apparet 19_{20}; item passim πᾶς et ἅπας, quo praecepto adverbia quoque a πᾶς derivata obstringuntur; in quod peccant $18_{5,14}$ ἐκ παντὸς, cf. 11_{18} ἀφίκηται, ἅπαν (in pausa) et 9_{16} μασχάλης. πάντῃ (item). de λοιπὸν ἅπαν vide p. 28.

οὕτω ubi litteris perscripsit librarius, consonantibus, οὕτως vocalibus praeposuit excepto 5_{17} οὕτως μέν; quem usum ubicumque compendiis utitur, observamus. item ἕνεκα et ἕνεκεν $13_{8,13}$ adhibentur. eodem modo vox ὑπάρχειν (pro εἶναι) quater vocalium concursum excutit 8_3, 10_{25},$1_{2/3}$ et 9_9 in pausa, semel δεικνύειν 2_{15} pro δεικνύναι (cf. Marqu. scr. min. I, XLIX); ὡδί verbo postponit 18_1 (cf. 17_{20}; Marq. l. c. XLVII), καθάπερ (pro ὡς vel ὥσπερ) hiatum evitat ter 10_{19}, 11_8, 14_5, εἴπερ (pro εἰ ut vid.) ter 7_1, 8_{25}, 19_{25}, semel δήπουθεν (pro δήπου) 7_1, χωρίς 17_4. semel ὑπέρ hiatus vitandi causa 3_{12} positum esse videtur, quamquam vocalium concursus post περί etiam ab Isocrate admissus nihil offensionis habet. id vero conspicuum est Galenum πρός vel παρά locis XXII substituisse, ubi ἀπό aut ὑπό hiatum efficerent. quod in tanta exemplorum multitudine non sine aliquo consilio factum esse opinor.

Restant tamen permulti hiatus qui omnes fere sub Peterseni normam cadunt.[1]) hiatus obvii

---

[1]) Joannes Petersen, In Galeni de plac. Hipp. et Plat. libros quaest. crit., diss. Gotting. 1888 p. 52.

post interpunctionem aut in pausa	71
post articulum	59
post καί	37
post δή	4
post ἤ et ἤτοι	17
post εἰ	6
post praepositionem aut pronomen	10
inter adiectivum et substantivum	2

10 ante ἤ et ἤτοι pausa excusantur.

5_3 *οὐδ' αὐτὸ οὕτως* voce *αὐτό* expuncta sanabitur; 19_{23} *καίτοι ἤ* Mueller iam pridem correxit. denique 7_{24} *πάνυ ἀληθές* integrum existimo (cf. scr. min. I praef. LIII M.). 17_{12} *αἱ ἀρτηρίαι αἷμα*, $2_{16/17}$ *γίγνωνται οἱ λόγοι* et 1_{13} *ἑπομένου ἐν* (in loco corrupto) vere hiatus exstant, quos ordine verborum mutato tollere dubito. neque 19_{14} *εἰ ἐθελήσεις* quicquam offensionis habet, etsi 2_{18} *ἐκκενοῦσθαι θέλουσι* et $10_{2/3}$ *μὴν ἐθέλουσι* ad ε expungendum invitare videntur.

Ceterum in vocalibus brevibus quae elidi possunt ponendis vel eiciendis codicis L inconstantiam ita sequor, ut pro ϡ ponam *δὲ*, pro *τοῦ*ᵀ, *ταῦ*ᵀ, *οὐ*ᵀ', *μη*ᵀ' sim. *τοῦτο, ταῦτα, οὔτε, μήτε.* item 4_{22} in *δύο οὖν* et 17_9 in *αἷμα ἔχουσιν,* quae facile eliduntur, non offendimus neque habemus, cur 4_{22} voculam *γ'* inculcemus aut *οὖν* in *γοῦν* mutemus.

Tabula siglorum

L	= Laurentianus 74_3 saec. XII	ex his tota lectionum varietas annotatur praeter menda orthographica vel typothetica
V	= Marcianus app. cl. V_4 saec. XV	
a	= editio aldina 1525	
b	= editio basileensis 1538	hae ibi tantum laudantur, ubi quid recte novaverunt
c	= — Charteriana 1679	
k	= — Kuehniana 1824	
w	= Guinterii interpretatio 1536	
i	= iuntinae et basileensis interpr. 1541 sq.	
t	= Trincavelii interpr. 1560	
r	= Rasarii interpr. 1562	

Corn = Cornarius
Ka = Kalbfleisch
Al = Albrecht
(—) quae hisce uncis inclusi, per compendium anceps scripsit Laurentiani tantum librarius
* asteriscus supra lineam appictus lectorem ad annotationes relegat.

Γαληνοῦ εἰ κατὰ φύσιν ἐν ἀρτηρίαις αἷμα περιέχεται k IV 703

[Κεφ. α΄.] Ἐπειδὴ τιτρωσκομένης ἀρτηρίας ἡστινοσοῦν φαίνεται κενούμενον αἷμα, δυοῖν θάτερον ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, ἢ ἐν αὐταῖς αὐτὸ περιέχεσθαι ταῖς ἀρτηρίαις ἢ ἑτέρωθεν μεταλαμβάνεσθαι. ἀλλ᾽ εἰ μεταλαμβάνεται, παντί που δῆλον ὡς ὅτ᾽ εἶχον κατὰ φύσιν, πνεῦμα μόνον ἐν αὐταῖς περιείχετο. εἰ δὲ τοῦτο, ἐν ταῖς τρώσεσιν ἐχρῆν πρότερον τοῦ αἵματος ἐκκενούμενον φαίνεσθαι τὸ πνεῦμα. οὐχὶ δέ | γε φαίνεται· οὔκουν k 704 οὐδὲ μόνον ἔμπροσθεν περιείχετο. καὶ διὰ βραχυτέρου δ᾽ ἂν λόγου ταὐτὸν ἀποδειχθείη τόνδε τὸν τρόπον· ‘εἰ τιτρωσκομένων ἀρτηριῶν αἷμα παραχρῆμα φαίνεται κενούμενον, ἦ[ε]ν ἄρα ἐν ἀρτηρίαις αἷμα καὶ πρὸ τοῦ τρωθῆναι’. δῆλον γάρ, ὡς ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὸ ‘παραχρῆμα’ προ⟨σ⟩κείμενον ἀληθῆ ποιεῖ τὴν τοῦ ἑπομένου ⟨ἐν⟩ τῷ συνημμένῳ πρὸς τὸ ἡγούμενον ἀκολουθίαν. ἁπλῶς μὲν γὰρ ῥηθὲν χωρὶς τοῦ ‘παραχρῆμα’ τόνδε τὸν τρόπον· ‘εἰ τιτρωσκομένων ἀρτηριῶν αἷμα φαίνεται κενούμενον’ ἑπόμενον ἕξει τὸ κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς ῥηθὲν τὸ ‘ἤτοι καὶ πρόσθεν ἐν αὐταῖς περιείχετο ἢ νῦν μεταλαμβάνεται’ [προ⟨σ⟩κειμένου δὲ τοῦ ‘παραχρῆμα’ τὸ ἑπόμενον ‘ἦν ἐν ἀρτηρίαις αἷμα καὶ πρὸ τοῦ τρωθῆναι’], συνθέτου δηλονότι τοῦ παντὸς λόγου γιγνομένου τόνδε τὸν τρόπον· ‘εἰ τιτρωσκομένων ἀρτηριῶν φαίνεται κενούμενον αἷμα, ἤτοι ἐν αὐταῖς περιείχετο

---

3 ἑτέρ(ω)θ(εν) L: ἑτέρας V: ἑτέροθι a 10 ἦν c: ἦεν La: ἢ ἐν V 12 προκείμ(ε)ν(ον) LVa: corr. Corn* 13 ἐν addidi* 18 προκειμ(έ)ν(ου) L: προκείμενον Va: corr. Corn προσκ. — τρωθ. interpolata esse credo* 19 αἷμα Corn: ἀλλὰ LVa 21 φαίνεσθαι V

ταῖς ἀρτηρίαις ἢ ἑτέρωθεν μεταλαμβάνεται· ἀλλὰ μὴν τιτρωσκο- k 705 μένων τῶν ἀρτηριῶν φαίνεται κενούμενον αἷμα, οὐ μεταλαμ|βάνεται ⟨δέ⟩, ὡς δείξομεν. ἐν αὐταῖς ἄρα ταῖς ἀρτηρίαις περιείχετο'. πῶς οὖν ⟨δείκνυμεν⟩ ὅτι μὴ μεταλαμβάνεται; εἰ μετελαμβάνετο, ἐφαίνετο δήπου πρὸ αὐτοῦ κενούμενον πνεῦμα· ἀλλὰ μὴν οὐ φαίνεται· οὐκ ἄρα μεταλαμβάνεται. ἀρκεῖ τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν τοῖς μήθ' αἱρέσει τινὶ προκατειλημμένοις μήτ' ἀγνοοῦσιν ἀληθεῖς λόγους διακρίνειν ψευδῶν. ἐπεὶ δ' οὐ πάντες τοιοῦτοι, πλειόνων ἴσως πρὸς ἐκείνους δεήσει λόγων. ἀντιλαμβάνονται γοῦν οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον ψεῦδος εἶναι φάσκοντες τὸ συνημμένον. οὐ γὰρ ἀληθὲς ὑπάρχειν φασὶ τὸ 'εἰ μετελαμβάνετο, ἐφαίνετ' ⟨ἂν⟩ πρὸ αὐτοῦ κενούμενον πνεῦμα'· δύναται γὰρ κενοῦσθαι μέν, μὴ φαίνεσθαι δέ, λεπτομερὲς ὂν καὶ κοῦφον καὶ διὰ τοῦτο ῥᾳδίως ἐκπεμπόμενον. ἀναγκαῖον οὖν αὖθις ἡμῖν δεικνύειν ὡς οὐκ ἂν λάθοι. πῶς οὖν ἀποδείκνυμεν; πολυειδῶς μὲν ἄν, ⟨ἵνα δὲ⟩ καὶ σαφεῖς γίγνωνται οἱ λόγοι καὶ τάξει προΐωσιν, ἀναγκαῖον αὐτοὺς ἐκείνους ἐρέσθαι, πῶς ἐκκενοῦσθαι θέλουσι τὸ πνεῦμα, πότερον ἐξ ἑαυτοῦ φερό- k 706 μενον ἢ πρὸς ἑτέρου | τινὸς ὠθούμενον. ἀποκρινοῦνται δ' οὐχ ὡσαύτως ἅπαντες, ἀλλ' οἱ μὲν ἐξ ἑαυτοῦ φέρεσθαί φασιν, οἱ δὲ ὑπὸ τῆς καρδίας ὠθεῖσθαι. καὶ τοίνυν καὶ ἡμῖν ἑκατέροις ἐν μέρει δεικτέον ἐστὶν ὡς ἀδύνατα λέγουσιν.

[Κεφ. β'.] Ἀρκτέον δ' ἀπὸ τῶν ἐξ ἑαυτοῦ φέρεσθαι λεγόντων. ἢ γὰρ τοῦτο πάντως δήπου λεπτομερέστερον οἷον τὸ αἰθερῶδες ἢ ἄλλως πως θερμότερον εἶναι φήσουσιν αὐτὸ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος· οὐδὲ γὰρ τρίτον ἕξουσιν εἰπεῖν

---

1 ἑτέρωθ(εν) L: -θι Va 3 δέ Corn: om. LVa 4 δείκνυμεν addidi coll. l. 15 4/5 εἰ μεταλαμ.ανε̄ (pars litt. μ et littera β detritae) L: om. Va: emendavi* 8 ψεῦδος V 12 μετελαμβάνετο, ἐφαίνετ' ἂν Al: μεταλαμβάνετ(αι), φαίνετ(αι) LVa* 15/16 intra ἀπο et δείκνυμεν L perforatus* 16 μὲν ἄν, ⟨ἵνα δὲ⟩ Al: μέν, ὡς δ' ἂν a γίγνοντ(αι) LV: corr. a 17 οἱ λόγοι Va: ὀλίγοι L 20/21 ἀλλ' — ὠθεῖσθαι om. V 21 ὑπὸ L: ἀπὸ a 22 δεκτέον LV: corr. a 23 ἑαυτοῦ Corn: εαυτ(οῦ) L: ἑαυτῶν Va 24 ἢ a: εἰ LV πάντ(ως) L: πάντα V: πάντῃ a 26 τριτ(ον) L: τρίτου V

πνεύματος σύμπτωμα, δι' ὃ φέρεσθαι δύναιτο ἄν. λεπτομερέστερον μὲν οὖν οὐκ ἂν εἴη τὸ κατὰ τὰς ἀρτηρίας πνεῦμα τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος, ὡς ἡ γένεσις αὐτοῦ διδάσκει. γίγνεται γὰρ κατὰ τὸν Ἐρασίστρατον ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος εἴσω τοῦ σώματος εἰς μὲν τὰς κατὰ πνεύμονα πρώτας ἀρτηρίας ἐλθόντος, ἔπειτα δὲ εἴς τε τὴν καρδίαν καὶ τὰς ἄλλας. εἰς ὅσον οὖν ὑγροτέροις ὁμιλεῖ σώμασιν, εἰς τοσοῦτον εἰκὸς αὐτὸ παχυμερέστερόν τε καὶ ἀτμωδέστερον γίγνεσθαι. θερμότερον δὲ γίγνεται, ἀλλ' ὡς ἀτμὸς | ἄνω φερόμενον οὔτε ἀφανῆ τὴν k 707 *κένωσιν οὔτε οὕτως ὠκεῖαν ἕξει. Πραξαγόρας μὲν οὖν καὶ παχυμερέστερον αὐτὸ καὶ ἱκανῶς ἀτμῶδες εἶναί φησιν, Ἐρασίστρατος δέ, ὅπῃ μὲν ἔχει πάχους, οὐ διώρισεν, ἐξ ὧν δ' ὑπὲρ αὐτοῦ λέγει τεκμήραιτ' ἄν τις οὐδαμῶς αὐτὸ προσήκειν εἶναι λεπτόν. τάς τε γὰρ ἀρτηρίας ὑπ' αὐτοῦ πληρουμένας διαστέλλεσθαί φησι καὶ τὰς τῶν μυῶν κοιλίας ὡσαύτως, οὐδετέρου δὴ τούτων γίγνεσθαί ποτ' ἂν δυνηθέντος, εἰ λεπτομερὲς ἀκριβῶς ὑπῆρχεν· οὐ γὰρ δὴ ἴσχεσθαί γε τὸ τοιοῦτον μᾶλλον ἐν τοῖς σώμασιν, ἀλλ' ἐκπέμπεσθαι πρέπει. τί ποτ' οὖν ἐκφυσώμενον οὐ φαίνεται παραπλησίως τῷ κατὰ τὰς ἐκτὸς τοῦ θώρακός τε καὶ τοῦ περιτοναίου καὶ τῆς φάρυγγος τρώσεις; γελοῖον δ' ἴσως ποιοῦμεν ἐξ ἑτέρων αὐτὸ συλλογιζόμενοι, παρὸν αὐτῶν ὑπομνῆσαι τῶν ἀρτηριῶν, ἐξ ὧν ὅταν ἀθρόον ἐξακοντίζηται τὸ αἷμα, σαφῶς ἐκφυσώμενον φαίνεται. ὡς γὰρ θερμότερον, οὕτω καὶ ἀτμωδέστερον τὸ κατὰ τὰς ἀρτηρίας αἷμα. οὐ μὴν αὐτός γε καθ' ἑαυτὸν ἀτμὸς ἢ ἀὴρ ἢ αἰθὴρ ἢ ὅλως πνεῦμα περιεχόμενον ἐν αὐταῖς φαίνεται. καὶ γὰρ | εἰ τῇ λεπτοτάτῃ* k 708 *βελόνῃ διατρήσαις ἀρτηρίαν, εὐθὺς ἐξακοντίζεται [ἂν] τὸ αἷμα.*

---

2 *τὰς* Va: *τῆς* L 6 *ἐλθόντ(ος)* La: *ἐλθόντα* V *τε* om. Va 8 *ἀτμωδέστερον* Ka: *ἀπαλωδέστερον* L: *ἁπαλ.* Va: *πλαδωδέστερον* Corn: ***pinguior*** i* 12 *πάχ(ους)* L: *πάχος* V 15 *δὴ* a: *δὲ* LV 16 *λεπτομερῶς* LV: corr. a 19 *ἐκτὸς* L: *ἐκ* Va* 21 *αὐτ(ῶν)* L: item ambigue V: *αὐτοὺς* a 22 *ἀθρόαν* V 25 *γε* a: *τε* LV 26 post *περιεχ.* lacuna in L* *αὐτ(αῖς)* L: *αὐτῶ* Va 26/27 *λεπτοτ(ά)τ(ῃ) β. διατρήσαις* L: *λ. β. διατρήσαιο* a: *λεπτότητι βελώνῃ διατρίψαιο* V* 27 *ἂν* eiecit k

ἐχρῆν δ' οἶμαι καὶ εἰ μὴ διὰ τοῦ μεγάλου τραύματος, ἀλλὰ διά γοῦν τοῦ μετρίου μὴ ταχέως μηδ' ἀναισθήτως, ἀλλ' ἐν χρόνῳ πλείονι κενοῦσθαι τὸ πνεῦμα. πρὶν γὰρ ἐκεῖνο κενωθῆναι πᾶν, πῶς ἂν ἐκπίπτοι διὰ τοῦ τραύματος τὸ αἷμα, λέγοντός γε αὐτοῦ τοῦ Ἐρασιστράτου τὰς πορρωτάτω κειμένας ἀρτηρίας πρώτας ἀπολαύειν τῆς μεταχύσεως; εἰ δὲ καὶ μὴ πρὸς ἐκείνου γεγραμμένον ἦν, ἐξ ἀνάγκης ἠκολούθησε ταῖς ὑποθέσεσιν. εἰ γὰρ συνεχὲς αὐτῷ πάντως ἐστὶ τὸ κατὰ τὰς ἀρτηρίας πνεῦμα καὶ οὕτως εὐκίνητόν τε καὶ λεπτὸν ὡς ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ κενοῦσθαι ῥᾳδίως, οὐ τὸ μὲν ἐν ταῖς διαιρουμέναις ἀρτηρίαις κενωθήσεται μόνον, τὸ δ' ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις μενεῖ. πρόδηλον γὰρ ὡς ⟨τῷ⟩ τε προτέρῳ τῷ κατὰ τὴν τετμημένην τὸ λοιπὸν ἅπαν ἑτοίμως ἀκολουθήσει καὶ πρώτη ταῖς ὑστάταις ἐπίδηλος ἡ κένωσις γενήσεται μηκέτ' ἐχούσαις ἑτέρας ὅθεν μεταληφθήσεται. ἐν αὐταῖς οὖν πρώταις κίνδυνος τοῦ κενὸν γενέσθαι τόπον,
k 709 *εἰ μή τις οὐσία πληρώσειε τὴν χώραν τοῦ | μεταλαμβανομένου πνεύματος. καὶ διὰ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τὸ διὰ τῶν συναναστομώσεων ὡς αὐτός φησιν αἷμα τῇ πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίᾳ καὶ τοῦτο ὥσπερ προσδεδεμένον τῷ κατὰ τὰ πέρατα τῶν ὑστάτων ἀρτηριῶν πνεύματι πρῶτον μὲν ἅπαντος τοῦ ἄλλου αἵματος, ὕστερον δὲ παντὸς τοῦ κατὰ τὰς ἀρτηρίας πνεύματος κενωθήσεται. δύο οὖν ἄτοπα μέγιστα συμβήσεται κατὰ τὸν λόγον, πρότερον μὲν τὸ διὰ τοῦ κατὰ τὴν βελόνην τρήματος ἅπαν ἐκκενοῦσθαι τὸ κατὰ τὰς ἀρτηρίας πνεῦμα ταχέως οὕτως ὥστε λαθεῖν, δεύτερον δὲ τὸ ζῆν ἔτι τὸ ζῷον ἅπαντος τοῦ ζωτικοῦ πνεύματος ἐκκενουμένου. ἀλλὰ τοιαῦτα καὶ μετ' ὀλίγον ἐξέσται διελθεῖν.*

---

2 *διὰ* om. Va 3/4 *κενωθ(ῆ)ν(αι)* L: *κενωθῇ* Va 4 *πᾶν, πῶς* Ka: *πάντ(ως)* L: *πάντα* Va: *πάντως οὐκ* Corn: item interpretes* 8 *αὐτ(ῷ)* LVa: correxi: *sibi* interpr. 9 *λεπτὸν* La: *λευκὸν* V 10 *οὐ τὸ* a: *οὕτ(ω)* LV 12 ⟨*τῷ*⟩ Al: duae vel tres litterae evanidae in L: om. Va* 13 *ἅπαν* L quoque, sed *ἅ* expunxit 14 *ἐχούσης* LVa: corr. Corn 15 *αὐτ(αῖς)* L: *αὐτῇ* Va: *in his* i *πρώτ(αις)* L: *πρώτως* Va: *πρῶτος* Corn 16 *τῆς οὐσίας* LVa: corr. Corn et interpretes 19 *προδεδεμένον* Va 21 *ὕστερον* scripsi: *ὕστατον* LVa*

2_{15} *πῶς οὖν ἀποδ.*] inter *ἀπο* et *δείκνυμεν* quamquam cod. L perforatus est, intercidisse quidquam negaverim; haec sola codicis linea priusquam scripta est, perrosa erat. in tergo quoque folii similia occurrunt, cf. adn. ad 3_{26}. posterior vero versus tum cum codex scribebatur depravationis speciem nondum praebebat; nam vox *τάξει* primo integra postea litterulae *α* iacturam fecit. sed fort. pro *πῶς οὖν ἀποδείκνυμεν* vel *πῶς οὖν αὐτὸ δείκνυμεν* vel *πῶς οὖν ἀποδείκνυμεν ⟨αὐτό⟩* legendum est; cf. VIII 959_5: *πῶς οὖν ἀποδείκνυμεν αὐτό;*

2_{16} *πολ. μὲν ἄν, ⟨ἵνα δὲ⟩ καὶ σαφ.*] aldina codicum

mancam scripturam sic explet *πολ. μ.*, *⟨ὡς δ'⟩ ἂν κ. . . . γίγνωνται.* quamquam coniunctio finalis desideratur, tamen perferendam non esse crediderim talem structuram ab a propositam, quae adhuc ex usu Galeniano non confirmatur. hic illic quidem rerum scriptores *ὡς ἂν* in sententiis finalibus usurpaverunt (cf. Kuehner-Gerth [3] II 2, 385_5), at Galenus ubicumque voce *ὡς* finaliter utitur (velut II 639_{10}: *ὡς μηδὲ τοὐλάχιστον ἀσαφὲς ὑπολείποιτο.* de plac. 525_{11} M.: *ὡς μηδὲν τῶν ἀληθῶν παραλείποιτο.* XV 713_{15}: *εἰς ἱμάτια . . . περιστέλλουσι πανταχόθεν, ὡς ἱδρῶσι πλεῖστον*) particulam *ἂν* omisisse videtur. succurrunt mihi in emendando loci haud dissimiles XV 549_{10}: *ἵνα δὲ σαφὴς ὁ λόγος γένηται* et de usu part. I 18_{22} H.: *ἵνα δ' ὁ λόγος προΐῃ μεθόδῳ.* voculae *ἵνα δὲ* post *μὲν ἂν* satis facile excidere poterant. de particula *ἂν* ad quam optativus supplendus est in responso, cf. Kuehner-Gerth [3] II 1 p. 243.

2_{24} *πάντως*] aptius *πάντως* (*omni modo*) verbis *ἄλλως πως* (*alio modo*) respondet. hic ut alibi in Laurentiani ambiguo compendio a recentioribus saepe perperam intellecto integra lectio latet. similiter restituimus veram scripturam $3_{21, 26}$, 4_{15}, $6_{2, 24}$, $7_{11, 18}$, $8_{10, 17, 25}$, $10_{1, 9, 10, 21}$, $11_{1, 11}$, $12_{12, 13, 22, 24}$, 13_{13}, 14_{19}, $16_{8, 19, 22}$, $19_{5, 20}$, $20_{6, 12, 15}$, $21_{1, 2}$.

3_7 *εἰς τοσοῦτον*] nescio qua de causa Charterius sibi persuaserit, ut fere ubique *τοσοῦτο* et *τοιοῦτο* scriberet. formis in *-τον* desinentibus receptis non modo hiatum effugimus, sed etiam cum libellis Galeni emendatius denuo editis consentimus, in quibus pauca formae *-το* exempla inveniuntur.

3_8 *ἀτμωδέστερον*] *ἁπαλωδ.* huc non quadrat. Galenus de spiritus tenuitate quaerit: aer in corpus inhalatus quo humidioribus corporibus miscebitur, eo crassior et vaporosior erit (*pinguior* i); cf. verba quae sequuntur $3_{11, 24}$ (*ἀτμωδέστερον*). haec vocis *ἁπ.* mutatio in promptu est; qua de re verbum *ἁδρός*, quod saepius voci *λεπτός* adversatur (cf.

Ilberg, Philol. XLVIII p. 57 sq.), proponere opus non est. cf. etiam XV 516_{14}: *μὴ γιγνομένου δὲ ἐλάττονος τοῦ κατὰ τὴν φλεγμονὴν αἵματος ἢ καὶ πνεύματος ἀτμώδους ... γεννηθέντος αὐξάνεσθαι συμβαίνει τὴν ὀδύνην.*

3_{19} *κατὰ τὰς ἐκτὸς τοῦ θώρ. ... τρ.*] *τὰς ἐκτὸς τρώσεις* dicit vulnera, quae vel gladio vel scalpello extrinsecus illata pectus lacerant. male *ἐκ* editores. eadem brevitas loquendi IV 510_4: *ὡς ἐπὶ τῶν εἰς τὰς κοιλίας τρώσεων.*

3_{20} *γελ. δ' ἴσ. ποιοῦμεν*] VIII 896_{16}: *ἢ καὶ γελοῖον ἴσως ποιῶ ... βουλόμενος ...*

3_{26} *περιεχ.*] post *περ.* in L spatium fere IV litterarum exstat; sed quia in Galeni disputatione nihil desideratur, codicem iam antea quam librarius eum exaravit, lacunosum fuisse persuasum habeo. vir doctus Ritzenfeld, quem ut hoc codicis folium oculis perspiceret rogavi, per litteras mihi assentitur. sequens autem versus postea delebatur, nam in verbo *διατρήσαις* litterae ultimae *σ* pars perrosa est.

3_{27} *διατρήσαις*] cf. de usu part. II 243_{19} H.: *ὥσπερ εἰ καὶ τοῖχον ... διατρήσειας.*

3_{27} *εὐθὺς ἐξακοντίζεται* [*ἂν*]] *ἂν* supervacuum quod mea quidem sententia Kuehn optimo iure exterminavit. possis etiam *ἐξακοντίζοιτο ἄν.*

4_4 *πᾶν, πῶς ἂν ἐκπίπτοι*] Cornarius iam pridem *πάντως* ⟨*οὐκ*⟩ *ἂν ἐκπίπτοι* proposuerat. Rasarius (r) in interpretatione latina hunc locum addubitavit, profert enim: 'Graeci libri hoc loco corrupti sunt. abest enim negatio. Legendum igitur est *πρὶν γὰρ ἐκεῖνο κενωθῇ πᾶν, οὐκ ἂν ἐκπίπτοι* etc. vel sic *πάντη ἂν οὐκ* ...' mihi quidem magis arridet, quod Kalbfleisch litterarum ductum secutus coniecit. *πᾶν* with *τ* written above (= *πάντως*) quod in archetypo fuisse videtur facillime in *πᾶν, πῶς* distinguemus. quo restituto oratio rectius profluit nulla vocula interposita. possis etiam *πάντως,* ⟨*πῶς*⟩ *ἂν*

4_{12} ὡς ⟨τῷ⟩ τε προτ.] in L lacuna exstare videtur, quam duabus litteris extente perscriptis expleri posse persuasum habeo. depravationis signum iam in L codicis margine librarius addidit.

$4_{12/13}$ τὸ λοιπὸν ἅπαν] ἅπαν cur cum librario in πᾶν mutetur, nulla subest necessitas. fortasse $9_{20/21}$ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι errorem peperit.

4_{15} sq.] cf. XI 154_{6}: . . . αἰτιᾶται (sc. Ἐρασ.) μὲν κἀνταῦθα τὴν παρέμπτωσιν ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας τοῦ αἵματος, αὐτῆς δὲ τῆς παρεμπτώσεως αἰτίαν εἶναί φησι τὴν πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίαν. ὅταν γὰρ τῶν ἐν τῷ τετρωμένῳ μέρει διαιρεθεισῶν ἀρτηριῶν ἐκχυθῇ κατὰ τὴν τρῶσιν ἅπαν τὸ πνεῦμα καὶ κίνδυνος ᾖ κενὸν γενέσθαι τόπον, ἕπεσθαι κατὰ τὰς συναναστομώσεις τὸ αἷμα τοῦ κενουμένου πνεύματος τὴν βάσιν ἀναπληροῦντος (l. -οῦν).

4_{21} ὕστερον] ὕστατον quod codices suppeditant huc non quadrat; fort. ex l. 20 (ὑστάτων) mendose in textum irrepsit, praesertim cum πρῶτον antecederet.

5_{3} οὐδ' [αὐτὸ] οὕτως] non solum concinnam membrorum compositionem perturbat αὐτὸ, cum οὐδ' οὕτως vocibus οὐδ' εἰ respondere soleat (cf. 6_{9}), sed etiam hiatum progignit, quem ne ordine quidem verborum mutato excuties. denique quid sibi vult αὐτό?

5_{4} πότερον] codd. falso πρότερον. idem mendum Laurentiani scriba commisit, sed statim correxit in libro de incorp. qual. 7_{15} West.: π///ότερόν τε τούτων. cf. VIII 604_{17}: τί γὰρ καὶ βούλεται, πότερα . . . ἢ et VIII 922_{12}: τί ποτε καὶ βούλονται, πότερον . . . ἤ.

5_{7} μοχθηρὸς ὁ λόγος ἔσται καὶ ἀπέραντος] Galenus prorsus eisdem verbis uti quam plurimum reformidavit. quod sermonis variandi studium quam late pateat, specimen ex nostro libello desumptum docebit:

5_7 μοχθηρὸς ὁ λόγος ἔσται καὶ ἀπέραντος
$_{12}$ ἀπέραντος ὁ λόγος γενήσεται
$_{17}$ μοχθηρὸς ὁ . . . ἐπιδειχθήσεται λόγος
$_{19}$ ἐκεῖνος αὖθις ὁ λόγος ἀποδειχθήσεται μοχθηρός
11_{20} ἄτοπον ἐσχάτως προελέσθαι δόγμα
19_2 οὕτω δοξάζειν ἢ . . . ἡγεῖσθαι
$_9$ οὕτως ἄτοπον δόξαν προσήκαντο
17_5 ἐνεχείρουν τι γράφειν
$_8$ ἐπεχείρουν διαλέγεσθαι
12_{14} διαλύσασθαι $_{16}$ διαλύεσθαι
18_{20} ἐπιλύσασθαι
2_{15} δεικνύειν $_{15/16}$ ἀποδείκνυμεν
19_{20} ἐπισκέπτῃ, θεάσῃ . . . ὄψει
5_6 μέχρι τινός $_{19}$ μέχρι ποσοῦ τινος
11_{22} ὑπό τινων π. ἀναπεισθέντες $_{23}$ ὑφ᾽ ὧν . . . ἐπείσθησαν
$1_{9,\,15,\,20}$ τιτρωσκομένων ἀρτηριῶν
$2_{1/2}$ τιτρωσκομένων τῶν ἀρτηριῶν
11_{28} τὰ μὲν αἰσθήσει, τὰ δὲ λόγῳ φωρᾶται $_{29}$ ὥσπερ τὰς αἰσθήσεις πολλὰ . . . διαφεύγει, οὕτω καὶ τὸν λόγον
17_{19} ἐφ᾽ ᾧ πάλιν . . . αὖθις ἐρωτήσαιμεν ἂν ὧδε
$_{25}$ ἐφεξῆς δ᾽ ἂν αὖθις ἐρωτήσαιμεν ὡδί
9_{17} πρὸς τῶν ὑποκειμένων ἀρτηριῶν . . . λαμβάνει
$_{18}$ ἀλλ᾽ εἰ καὶ παρ᾽ ἄλλων τινῶν
6_{25} τῆς εἰρημένης
7_7 τῶν εἰρημένων
8_4 τῆς εἰρημένης ἀρτ.
$_{21}$ τὴν προειρημένην ἀρτ.

5_8 *παρὰ τὸ τῆς διαιρέσεως ἐλλιπές*] cf. de plac. 335_{11} M.: *καίτοι τοῦτο πρῶτον εὐθὺς ἐγκαλέσειεν ἄν τις αὐτῷ* (sc. *Πλάτωνι*) *παρὰ* (sic cod. Marc., *κατὰ* M.) *τὸ τῆς διαιρέσεως ἐλλιπὲς ἐσφαλμένῳ. ἐλλιπής* eiusque formae inveniuntur inst. log. Ka. 12_{15}, 13_7, 34_{17}, 35_9, k VIII 847_{17}, IX $42_{1,\,8,\,9}$, 61_{17}, 396_{14}, scr. min. II 93_3, 102_{13} M., de usu part. I 299_{12} H.

5_9 *ἤτοι κενὸς . . .*] scr. min. III 155_{17} H.: *καίτοι γ᾽ οἴεται* (sc. Erasistr.) . . ., *ὡς εἴπερ ἐκ τῶν φλεβῶν ἀπορρέοι τι, δυοῖν θάτερον ἢ κενὸς ἔσται τόπος ἀθρόως ἢ τὸ συνεχὲς ἐπιρρυήσεται τὴν βάσιν ἀναπληροῦν τοῦ κενουμένου. ἀλλ᾽ ὅ γ᾽ Ἀσκληπιάδης οὐ δυοῖν θάτερόν φησιν, ἀλλὰ τριῶν ἕν τι χρῆναι λέγειν ἐπὶ*

τοῖς κενουμένοις ἀγγείοις ἕπεσθαι, ἢ κενὸν ἀθρόως τόπον ἢ τὸ συνεχὲς ἀκολουθήσειν ἢ συσταλήσεσθαι τὸ ἀγγεῖον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν καλάμων καὶ τῶν αὐλίσκων τῶν εἰς τὸ ὕδωρ καθιεμένων ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι κενουμένου τοῦ περιεχομένου κατὰ τὴν εὐρυχωρίαν αὐτῶν ἀέρος ἢ κενὸς ἀθρόως ἔσται τόπος ἢ ἀκολουθήσει τὸ συνεχές· ἐπὶ δὲ τῶν φλεβῶν οὐκέτ' ἐγχωρεῖ, δυναμένου δὴ τοῦ χιτῶνος αὐτῶν εἰς ἑαυτὸν συνιζάνειν καὶ διὰ τοῦτο καταπίπτειν εἰς τὴν ἐντὸς εὐρυχωρίαν. οὕτω μὲν δὴ ψευδὴς ἡ περὶ τῆς πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίας . . . ὑπόθεσις Ἐρασιστράτειος. apparet igitur hoc quidem argumentum ex Asclepiade Bithynio petitum esse.

5_{21} *οἷς ἐμφυσῶντες . . . αὐτοὺς διαστέλλομεν*] ut *οὓς* in *οἷς* mutarem retineremque *αὐτοὺς* persuasit mihi locus persimilis de us. part. I 474_{10} H.: *ὅταν ἐμφυσῶντες τοῖς τοιούτοις ὀργάνοις ἐκφράττωμεν αὐτά.*

5_{22} *ὁ ἀὴρ τοσοῦτον*] L ambigue *τοσοῦτ(ος)* aut *-τ(ον)*, b *τοσοῦτος* proposuit. *τοσοῦτον* solum scribere satis habuisse Galenus videtur, quippe qui *τοσοῦτον διαστέλλεσθαι* IX 427_7 ponere non vereretur. malim ⟨*εἰς*⟩ *τοσοῦτον.*

5_{26} *ὅσον . . . τοῦθ'*] voci *ὅσον* haud raro *τοῦτο* respondet velut V 153_1: *ὅσον γὰρ ἐνδεέστερον ἀπέλαυσεν ἡ φύσις ἀέρος . . ., τοῦτο ἐπανορθοῦται τῇ πυκνότητι.* VIII 903_{11}: *ὅσον ἂν διαφεύγῃ τῆς κινήσεως τὴν ἀφήν, τοῦτ' ἂν ἀδιάγνωστον εἶναι φήσομεν.*

6_1 *παρ' ὃν χρόνον εἰσέρχεται*] raro *παρ' ὃν χρόνον* apud Galenum reperitur velut de usu part. II 258_{24} H.: *παρ' ὃν μὲν χρόνον ἐκτέταται*, saepissime *καθ' ὃν χρόνον. ἐξέρχεται* (L V a) num retineri possit, magnopere dubito; nam hic quidem non id urgendum erat exire spiritum illum e corde, a quo illum mitti iam dixerat Galenus, sed intrare in arterias. conicio igitur scribendum esse *εἰσέρχεται.* similiter Rota: *novusque a repleto corde spiritus submittitur, qui earum concavitates implet: tumque spiritus arterias permeat et attollit.*

6_2 *κενούμενον* (sc. *τὸ πνεῦμα*, cf. l. 1 *τοῦτ'*) *δὲ συστέλλεσθαι πάλιν, εἰς ὅσον ἐξ ἀρχῆς* (sc. *συνεσταλμέναι ἦσαν*), *ἐπιτρέψει*] *συνεστ. ἦσ.* facile mente supplemus; at futurum tempus orationem in praesenti profluentem distorquet (5_{27} *ἔχει*, $_{28}$ *περιέχεται*, $_{29}$ *ἐπιπέμπεται*, 6_1 *ἐπιπληροῖ*, $_2$ *ἐργάζεται*); malim igitur *ἐπιτρέπει*. Laurentiani codicis scriptura *κενου'* (supra: *μν*) id est *κενούμενον* optimum sensum praebet. Cornarii coniecturae *κενουμένου δὲ συστέλλονται* nequaquam assentiri possum; quid enim fiet verbo *ἐπιτρέψει*?

6_{21} *καὶ δὴ διῃρημένην μοι νόει βελόνῃ λεπτῇ τὴν*] sic locum mutilum restituerim. *καὶ δὴ* saepissime apud Galenum obvium retineo; sed post *δὴ* participium *διῃρημένην*, ubi primum scribae socordia mutilatum est, formarum *καὶ μὲν δὴ καὶ* et *καὶ μέν γε καὶ* similitudine in *μὲν* correptum esse pro explorato habeo; equidem in *μέν* vestigia verbi *διῃρημένην* latere credo, cf. 4_{10} *ἐν ταῖς διαιρουμέναις ἀρτηρίαις*, 7_{22} *ἐπὶ τὴν διῃρημένην* (ad hunc locum spectat) *ἀρτηρίαν* sim.; vocabulam vero *ἐνίεσθαι*, quod Cornarius proposuit, ab usu medicorum fere alienum plane reicio; non *ἐνιέναι*, sed *καθιέναι* (cf. 9_1, 20_{15}) de hac re usitatum est.

6_{26} *καρδίας*] V post *καρδ.* prave *συνεκκενοῦσθαι* inserit, quod interpolationis speciem prae se fert. quod scribam quendam in margine eius codicis quem V exscripsit apposuisse pro certo habeo, quia *συγκενοῦσθαι* (l. 24) semel tantum hoc in libello obvium in *συνεκκενοῦσθαι* corrigendum esse putaverat, unde in codicis V contextum irrepsit. sed nihil habemus, cur temere *συγκενοῦσθαι* mutemus; similiter res se habet in vocis *φυσᾶν* usu (5_{21} *ἐμφυσῶντες*, $_{24}$ *φυσώντων*, $_{25}$ *ἐνεφυσήσαμεν*, $_{26}$ *ἐμφυσῆσαι*, 6_5 *ἐμφυσῶμεν*, $_7$ *ἐμφυσώμενον*).

7_{12} *ὅταν πρῶτον*] *cum primum* II 552_3, 564_{11}, 711_4; cf. de usu part. II 58_6 H.: *ἡνίκα πρῶτον*.

8_3 *ὄργανα τοῦ ζ. πν.*] cf. de plac. 145_5 M.: *Ἐρασίστρατος μὲν γὰρ ζωτικοῦ πνεύματος, Χρύσιππος δὲ τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος πλήρη φησὶν εἶναι τὴν κοιλίαν ταύτην* (sc. *τὴν ἀριστερὰν τῆς καρδίας*).

8_6 *μεταχεῖσθαι*] codd. et a *μετοχεῖσθαι* hic inepte, ubi de *μεταχύσει* agitur. cf. 4_6 *μεταχύσεως*, 7_{13} *μεταχεῖσθαι*, 11_{16} *μεταχεῖται*.

8_{10} *τὰς . . . κίνησεις οὐκ ἀπώλεσεν*] Laurentiani compendium in *ἀπ(ώ)λ(εσεν)* aptius dissolvimus, cf. VIII 893_6: *πολὺ τῆς κινήσεως ἀπόλλυται.* 899_{11}: *ὅλην τελέως ἀπολωλέναι* (sc. *τὴν κίνησιν*). 901_9: *θλιβόντων γὰρ ἀπόλλυται παντελῶς ἡ κίνησις ἐν τοῖς . . . σφυγμοῖς.* de plac. 506_{13} M.: *ἐφαίνετο τὰ μὲν . . . διασῴζοντα τὰς ἀρχαίας δυνάμεις, τὰ δὲ ἐπέκεινα . . . καὶ τὴν αἴσθησιν ἀπολλύντα καὶ τὴν κίνησιν.* V *ἀπέλειπεν*, a *ἀπέλοιπεν* scripsit; sed ut concinna evadat membrorum responsio, in hac interrogationum serie secundum *ἐπνίγη, ἀπέθανεν, ἐβλάβη, ἠκολούθησεν* hic quoque aoristus postulatur.

8_{24} *ἐν δὲ τοῖς πίοσιν ἐπ᾽ ἔλαττον*] apud homines pingues minus quam apud macilentos apparent pulsuum motus, cf. VIII 812_{10}: *ἡ σὰρξ . . . κωλύει διαστέλλεσθαι τὸ ἀγγεῖον εἰς ὅσον ἐπεφύκει. καὶ διὰ τοῦτο μικρός ἐστιν ὁ τῶν παχέων σφυγμός.* IX 240_2: *εἰ μὲν ὅσονπερ ἑαυτοῦ παχύτερος ὁ ἄνθρωπος ἐγένετο, τοσούτῳ καὶ ὁ σφυγμὸς μικρότερος . . ., διὰ δὲ παχύτητα τοῦ σώματος ἐλάττων τοῦ κατὰ φύσιν φαινόμενος* sim. desideramus igitur verba quibus *ἐπὶ πλέον* opponitur. supplevimus *ἐπ᾽ ἔλαττον* locis aliis nisi velut IX 413_1: *ἀλλ᾽ ἐπὶ πλεῖον μὲν σκληρόν, ἐπ᾽ ἔλαττον δὲ μαλακόν.* VII 774_{10}: *ἐπὶ πλέον ἢ ἐπ᾽ ἔλαττον ἐξαίρειν.* VIII 940_1: *καὶ αὖθις γλισχρότερον ἢ ὑδατῶδες ἢ πλέον ἢ ἔλαττον ἢ . . .* Hippocr. III 204 L.: *καὶ γὰρ ἐπὶ πλέον τοῦ ὀστέου καὶ ἐπ᾽ ἔλασσον.* ibd. 202: *καὶ ἐπὶ πλέον τε καὶ ἔλασσον μήκεος . . .*

8_{25} *εἴπερ ἂν διασημαίνῃ*] *διασημαίνειν* de motu dictum VIII 809_{16}, II 605_{11}, ibd. 387_2. de usu part. I 303_{13} H.

9_1 ὀρθὸν καθεὶς] codicum scripturam valde mancam sic me sanavisse putaverim. cf. de plac. 554_{15} M.: ἐὰν . . . τέμῃς ὄρθιον . . . τὸν δεξιὸν θώρακα, . . . ὄψει. Orib. IV p. 34_{10}: πρῶτον μὲν τὰ πλάγια διερευνήσομεν, καθιέντες μὲν ὀρθὸν . . . . τὴν κορυφήν. II 723_{10}: διελόντα . . . ὀρθίᾳ διαιρέσει.

9_4 αὐτῶν] proposuerim αὐτοῖς (sc. Ἐρασιστράτῳ τε καὶ τοῖς οἰομένοις . . .), cf. paucis ante $8_{2,12}$ (κατὰ τὸν Ἐρ.), 9_8 βούλεται (sc. Ἐρασ.), ab 10_1 argumentatio tantum ad Erasistrateos spectat.

9_6 μὴ τοίνυν ὅτι μεγάλης] respicias quaeso verbi μεγάλης collocationem insignem; qua de causa μόνον vel simile quid supplere nihil cogimur. cf. IV 485_2: ἀλλὰ πάλιν εἰ μὴ ὅτι ψύχει τὴν ἐν ἡμῖν θερμασίαν, ἀλλὰ καὶ θερμαίνει. ibd. 497_3: ἐχρῆν δ' αὐτὰς μὴ ὅτι θᾶττον ἢ μικρότερον σφυζομένας, ἀλλ' ἀσφύκτους γίγνεσθαι παντάπασιν. IX 82_7: τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς μὴ ὅτι ἰατρῶν, ἀλλὰ μηδὲ τῶν φιλοσόφων. de plac. 174_{16} M.: τοῦτο δὲ ἀπόφασίς ἐστι ψιλὴ μηδεμίαν ἀπόδειξιν ἔχουσα, μὴ ὅτι βεβαίαν τε καὶ ἐπιστημονικήν, ἀλλὰ μηδὲ . . . προϊοῦσαν. de usu part. II 327_{14} H.: μὴ γὰρ ὅτι μεγέθους ἕνεκα μόνου τὴν τοσαύτην περίοδον ἐξεῦρεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν ὅπως προὐνοήσατο, θαυμάζειν ἄξιον.

$9_{12/13}$ τὸ διὰ τῆς ἀδήλου] minime ordinem verborum, quem codices suppeditant, perferendum esse assevero: τὸ . . . διὰ . . . ⟨διαπνοῆς⟩ . . . τετρωμένης ἀρτ. πνεῦμα. transpositis igitur vocibus sic scribere propono: εἶτ' ἐκκενούσθω τὸ ⟨τῆς⟩ τετρωμένης ἀρτηρίας πνεῦμα διὰ τῆς ἀδήλου [μὲν] πρὸς τὴν ὄψιν ⟨διαπνοῆς⟩, ὅπερ Ἐρασίστρατος βούλεται γίγνεσθαι, συνεκκενούσθω . . . vel εἶτ' ἐκκεν. [τὸ] διὰ τῆς ἀδήλου [μὲν] πρὸς τὴν ὄψιν ⟨διαπνοῆς⟩, ὅπ. Ἐ. β. γ., ⟨τὸ τῆς⟩ τετρ. ἀρτ. πνεῦμα. — διαπνοῆς quod aldina praebet, confirmatur scr. min. III 172_{13} H.: τὸ κενούμενον ἐξ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἄδηλον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὀνομαζομένην διαπνοήν. XV 180_{16}: ὀνομάζω δὲ ἀναπνοὴν μὲν τὴν διὰ τοῦ στόματος ἔξω τε καὶ εἴσω φορὰν τοῦ πνεύματος, διαπνοὴν δὲ τὴν δι' ὅλου τοῦ

σώματος ὁμοίως γιγνομένην. Ps. G. IX 460_1: *τὰ . . . εἰς τὸ περιέχον ἀπορρέοντα κατὰ τὴν ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοὴν ἔοικε καπνῷ.* sim. anon. Lond. 30_{48} D.: . . *τρόπον δὲ τοῦτον κατὰ τὰς εἰσπνοὰς αἴσθησιν γίνεσθαι ἡμῖν τῶν ἀπὸ τῶν ἀρωμάτων διαπνοῶν* [*-πνοῶν* a Dielesio restitutum] *καὶ μὴ εἶναι ἀποφοράν.* si forte complura verba post *ὄψιν* exciderunt, sic textum restituerim: *εἶτ' ἐκκενούσθω* [*τὸ*] *διὰ τῆς ἀδήλου μὲν πρὸς τὴν ὄψιν,* ⟨*λόγῳ δὲ θεωρητῆς**) *διαπνοῆς*⟩, *ὅπ. Ἐ. β. γ.,* ⟨*τὸ τῆς*⟩ *τετρ. ἀρτ. πν.*

10_3 *ἰδιῶται παλαισμάτων*] similiter scr. m. III 158_{24} H.: *ἀλλ' ὅταν τις ἀναισχυντῇ περιπλέκων τε καὶ μήπω καταπεπτωκέναι συγχωρῶν, ὅμοιος ἔσται τοῖς ἰδιώταις τῶν παλαιστῶν, οἳ καταβληθέντες ὑπὸ τῶν παλαιστρικῶν καὶ κατὰ τῆς γῆς ὕπτιοι κείμενοι τοσοῦτον δέουσι τὸ πτῶμα γνωρίζειν, ὥστε καὶ κρατοῦσι τῶν αὐχένων αὐτοὺς τοὺς καταβαλόντας οὐκ ἐῶντες ἀπαλλάττεσθαι κἂν τούτῳ νικᾶν ὑπολαμβάνουσι.* VII 838_{10}: *καὶ ὥσπερ οὐδὲ πεσεῖν εὐσχημόνως ἴσασιν οἱ παντάπασιν ἀμαθεῖς παλαισμάτων, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε κατὰ τῆς γῆς ὕπτιοι κείμενοι κρατοῦσι καὶ ἄγχουσι καὶ οὐ μεθιᾶσι, τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον οἱ ἀμαθεῖς τῆς ἐν τοῖς λόγοις τέχνης ἐναργῶς πεπτωκότες πολλάκις αἴσχιστον πτῶμα, τοσαῦτα δέουσιν αἰδεῖσθαι, ὥστε καὶ νενικηκέναι νομίζουσιν.*

10_8 *λυγιζόμενοι*] speciose Cobet (Mnemos. IX nov. ser. p. 447) Platonis locum (rei p. 405 c) affert: *ἱκανὸς πάσας μὲν στροφὰς στρέφεσθαι, πάσας δὲ διεξόδους διελθὼν ἀποστραφῆναι λυγιζόμενος, ὥστε . . .* Mueller in simillimo loco (de plac. p. 586_{14}, praef. LXXXIX) *οὗτοι γάρ εἰσι καὶ οἱ πρὸς ἅπασαν ἀπόδειξιν ἀεὶ λογιζόμενοι* (sic codd.) *καὶ στροφὰς ἀσχήμονας στρεφόμενοι χάριν τοῦ δοκεῖν ἀτελῆ τὸν ὅλον ὑπάρχειν λόγον* vocem *λογ.* in *σοφιζόμενοι* mutavit, quam illic quoque verbo *λυγιζόμενοι* substituto facile emendamus.

---

*) saepissime in anonymo Lond. obvium. apud Galenum scr. min. II 104_{22} M.

etiam Cobeti coniectura *καινάς . . ἀεὶ* mihi arrisit, quia verbum *ἀεὶ* apte cum *καινός* coniungitur velut Xen. Cyr. $8_{8,16}$: *ἄλλα τε ἀεὶ καινὰ ἐπιμηχανῶνται.* memor. $4_{4,6}$: *πειρῶμαι καινόν τι λέγειν ἀεὶ* sim. ceterum iam w t r *καινὰς* coniecisse apparet.

10_9 *μισήσαντά τινα . . . ἀποδυσπετήσαντα*] proterve editores haec mutaverunt; codicis enim L lectio genuinum sensum unice praebet. disserit Galenus: homunculi hi etsi devicti loquaciter cantitant tam diu, donec quis, quem tantae contumaciae taedet, iratus abit nolens ut ita dicamus vana surdis auribus canere. quod in similitudine de victoribus (*τῶν καταβαλόντων*), nunc de victore (*τινά*) dicitur, nihil curamus; nec in asyndeto *μισ.-ἀποδ.* haeremus. nam ita cum *χωρισθῆναι* coniunctum est *ἀποδυσπετήσαντα*, ut unum verbum esse videatur; cf. 12_{12} *ἀπιστήσαντες — παθόντες.*

10_9 *ἀμαθίαν*] Laurentiani compendium cum ambiguum sit, in *ἀμαθίαν* passim obvium dissolvere malui quamquam hic illic *ἀμάθεια* occurrit; XI 175 in.: *ὡς ἄν τινα μὴ τὴν ἀμάθειαν αὐτῶν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν ἀναισχυντίαν θαυμάσαι.* protrept. 9_3 Kaib.: *τὸν ἐπ' ἀμαθείᾳ ψόγον.* XI 170_{12}: *ἰατρῶν ἀμαθείᾳ κωλυθείσας.* scr. min. I 58_{14} M.: *ἡ τῶν τοιούτων ἀμάθειάν* (sic codd.) *τε καὶ δοξοσοφίαν.* VIII 955_{11}.) cf. quaeso Croenert, memoria graeca herculanensis Lips. 1903 p. 31 adn. 5.

10_{17} *γάλακτος πλήρεις*] de hac re fusius et enucleatius Galenus disputavit II 648 sq. quod Erasistratus Herophilum secutus invenerat copioseque explicaverat, cf. Wellmann apud Pauly-Wiss. VI 336, 341 et Susemihl, *Gesch. d. griech. Lit. in der Alexandrinerzeit* I 791.

10_{21} non prave concludemus, si de hoc in illis libris anatomicis (cf. l. 14) quaestionem esse factam statuerimus.

10_{22} *ἐσχατιὰς*] hoc quamquam apud Galenum nullo alio loco repperi, tamen cum de Erasistrateo vocabulo

agatur in *ἐσχάτας* (cf. supra l. 13 et 11_{15}) mutare ausus non sum. semel Hippocrates voce *ἐσχατιή* (numero singulari) utitur IX 82 L.: *ἀτὰρ ἥδε* (sc. *ἡ δεξιὴ τῆς καρδίης γαστήρ*) *καὶ . . . λαγαρωτέρη πολλῷ τῆς ἑτέρης οὐδὲ τῆς καρδίης νέμεται τὴν ἐσχατιήν.*

11_1 *καίτοι*] *καίτ(οι)* per idem compendium scriptum exstat 13_{10}, 20_7.

$11_{4/5}$ *οὔκουν . . . οὔτ' οὖν . . . οὔτ'*] cf. Kaibel, protrept. p. 57 ann. XV 467_2: *μήτε βοηθείας ἑτέρας χρήζουσι πρότερον . . . μήτ' οὖν ἔστιν αὐτοῖς τι κινδυνῶδες σύμπτωμα.* X 607_7: *διὰ τοῦτο οὖν οὔτ' ἐν . . . οὔτ' ἐν . . ., εἶτ' οὖν ἐξ ἀρχῆς εἴτε . . . σύνοχοι, γεννῶνται πυρετοί.* II 363_{14}: *τοῦτο δὲ νεῦρον οὐδεμίαν αὐτοῦ μοῖραν οὐδενὶ . . . δίδωσι . . . οὔτ' οὖν τῶν ἐπιπολῆς οὔτε τῶν διὰ βάθους.*

$11_{6/7}$ *δὴ . . . δὴ*] repetitur de us. part. I 370_{11} H.: *τὰ δὲ δὴ κατὰ τὴν καρδίαν ὅπως . . . ἐνηνωρθώσατο, καὶ δὴ φράσω.* IX 89_{10}: *πλεῖστον γὰρ δὴ οὗτοι . . . ποικίλλουσι . . . καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον τὰς ἐν ἀθροίσματι. συμβαίνει δή τι τοιοῦτον . . .* IX 670_{15}: *καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ περὶ . . ., πολὺ δὴ μᾶλλον . . . δόξω.*

11_8 *καθάπερ τι δένδρον πρέμνον*] in hoc simili Galenus frequenter versatur: de us. part. I 247_{24} H., ibd. II 376_{22}, 377_{24}, 390_7, 421_{20}, 432_2; de plac. 145_{16} M., ibd. 155_{13}, 156_3, 188_6, k II 779_{10}. non necessarium puto l. 11 *ἀπὸ διαφερόντων ⟨ἴ⟩όντα* vel *⟨ἥκ⟩οντα* scribere, quo spectant interpretes, opinor, cum vertunt: *e diversis ramis prodeuntia.*

11_9 *ὅσαι δ' αὖθις*] speciose Cornarius coniecit; quod recipientes illud *ἴσαι δ' αὗται,* quod et sensui et structurae obstat, apte emendabimus.

11_{19} *τάχ' ⟨ἂν⟩ οὖν ἤδη τις θαυμάζοι*] cf. scr. m. III 168 H.: *τάχ' ἂν οὖν ἤδη τις θαυμάζοι καὶ διαπορoίη, τί παθὼν . . .* VIII 934_2: *τάχ' ἂν ἀκολουθεῖν ἤδη δυναίμην.*

11_{21} *ἀπ' ὄνου καταπεσόντες*] de hoc proverbio vide quae Fl. Nencini, *studi italiani di filol. class.* II p. 375—90 explicavit, ubi hic locus addendus est. cf. etiam Olck apud Pauly et Wiss. VI 647 l. 50.

11_{24} *οὐ μὴν καὶ*] quam longe manaverit hic Galeni usus, hinc dispicies: respondent enim

μὲν — *οὐ μὴν*
— — *οὐ μήν γε* } cf. Kalbfleisch in diss. Berolinensi a. 1892 p. 38
— *οὐ μὴν καὶ* VII 768_{12}, VIII 781_{6}, 622_{13}, 562_{1}, 687_{2}, IX 19_{18}, 20_{12}, 24_{1}, 25_{11}, 39_{9}
— *οὐ μὴν καὶ . . . γε* IX 555_{17}
— *ἀλλὰ* VIII 628_{12}, 572_{3}, IX 67_{14}, 322_{8}, 344_{19}, 348_{15}, 363_{8}
— *ἀλλὰ καὶ* VIII 620_{2}, IX 288_{8}
— *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ* IX 119_{6}
— *μέντοι* VIII 781_{7}
— *ἀτὰρ* 18_{13}, de caption. 10_{3} Gabl.
— *ἀτὰρ οὖν* IX 12_{8}, de plac. 565_{6} M.
— *εἶτ'* 21_{6}.

12_{12} *παραπλήσιόν τι παθόντες ⟨τοῖς⟩ . . . ἀνελοῦσιν*] cf. scr. min. I 48_{5} M.: *παραπλήσιον γάρ τι ποιοῦσι τοῖς . . . τολμῶσιν ἀποφαίνεσθαι* sim.

12_{17} *κἂν ⟨εἰ τῇ⟩ λεπτοτάτῃ τρωθείεν βελόνῃ*] cf. 9_{22}: *κἂν εἰ τῇ λεπτοτάτῃ βελόνῃ τρωθείη τὸ δέρμα.* 3_{26}: *εἰ τῇ λεπτοτάτῃ βελόνῃ διατρήσαις.* 6_{17}: *τετρωμένον ὑπὸ τῆς λεπτοτάτης βελόνης.* scr. min. III 171_{23} H.: *εἰ τῇ λεπτοτάτῃ βελόνῃ νύξειάς τι μέρος.* de *κἂν εἰ* cum opt. vide Galeni de victu atten. libri indicem (p. 40 Ka).

13_{6} nolim *πώματος* a Galeno rarissime admissum accipere (cf. scr. min. II, praef. XLVIII M., accedit de usu part. I 285_{21} H.: *πῶμα* consensu codicum comprobatum).

13_{14} dubitari non potest quin hic et loco simillimo 14_{16} verba nonnulla desiderentur; qua in re omnes fere interpretes consentiunt. de Rotae et Cornarii supplementis supra egimus (p. XVI), paucioribus contenti sunt w t r (13_{14}: *iam ab illis rogare velim quomodo* w: *at quo* t: *iam vero quo-*

modo r). similiter res se habet 14_{16}. conferas quaeso verba quae exhibet Cornarius cum Rotae interpretatione: *quomodo movere nos possimus ad imperium voluntatis quove modo motus arteriarum non impediatur, sed tam distincte procedat, si sanguinem arteriae continent* (i 1597, antea *contineant*). w inseruit fere idem: *quomodo arbitrarii motus erunt aut arteriarum motus liber et sine impedimento, cum sanguinem contineant.* t his additis in margine crucem posuit: *quomodo erunt motus voluntarii, si . . . arteriae*; denique r praebet: *quomodo voluntarii motus constent si arteriae . . .* hoc loco Cornarii Rotaeque verba in textum recepi. neque enim quaestionis repetitio habet offensionem neque serviliter ex antecedentibus verba petuntur. sed ut ad priorem locum redeam, id displicet in Rotae Cornariique ratione, quod duobus locis lacunam hiare sumpserunt, cum omnia quae desiderantur uno eodemque loco addi possint sic fere: ⟨*ὡσαύτως δὲ διαμαρτάνουσιν ἐν τῷ ζητεῖν, πῶς εἰς ἅπαν τὸ σῶμα κομισθήσεται τὸ διὰ τῆς εἰσπνοῆς ἑλκόμενον πνεῦμα τῶν ἀρτηριῶν αἷμα περιεχουσῶν ἢ μὴ κομιζομένου πῶς*⟩.

13_{22} *εἰ κἂν νῦν γοῦν*] quae Fuchs (Philol. 1893 p. 375) proposuit, prorsus reiecimus. primum enim illud *εἰ καί* vel *ἢ καί* minime necessarium, cum *κἄν* apud Galenum haud raro pro *καί* substituatur velut X 559_{19}: *τί ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον τοῦ μὴ κἂν νῦν γοῦν ἀποστῆναι τοὺς τοιούτους ἰατροὺς τῶν κακῶς αὐτοῖς ὑπειλημμένων.* IV 484_5: *κἂν μὲν γὰρ ὀλίγον πρόσθεν οὖσα νῦν οἴχεται τελέως.* VI 306_7: *μηδὲν ἐπιδειξάμενοι κἂν ἕνα τινὰ πρὸς αὐτῶν ὠφεληθέντα.* de usu part. II 196_1 H.: *εἰ μὴ μόνον πρόσωπον ἀνθρώπινον, ἀλλὰ ψυχὴν ἔχοιεν καὶ ἐνείη τις αὐτοῖς νοῦς κἂν σμικρός.* *ὁπόταν* (Fuchs l. c.) cum indicativo nemo probabit; *ἐν αὐταῖς*, quod F. in *ἐν αὐταῖς* mutat, a Charterio temere novatum codicum testimonio exploditur; at verbo *ἔχειν* quod ille in *περιέχειν* mutare proposuit interdum invito Fuchsio vim 'continendi' subesse nostri libelli 10_{18} et 17_9 edocent; similiter quae

sequuntur elegantius et probabilius codice duce emendabimus; voce enim *αὐτὰς* exstirpata et *ἐκ ⟨τῶν φλεβῶν εἰς⟩ τὰς ἀρτηρίας* restituto rectius profluit oratio; quod ut inseramus codicum scriptura *ἐκ τὰς* Galenique dicendi usus nobis persuaserunt. cf. supra 7_{14}: *μεταχεῖσθαι ... ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς αὐτὰς τὰς ἀρτηρίας αἷμα*; scr. min. III 252_1 M.: *τοῦ δ' ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας μεταλαμβάνεσθαί τι* . . . XI 153_{18}: *ἐπεὶ δέ τις αἰτία βίαιος ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτ. τὸ αἷμα μεταχθῆναι.* ibd. 154_7: *τὴν παρέμπτωσιν ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας τοῦ αἵματος.* de usu part. I 359_6 H.: *παρεμπεσεῖν ποτ' ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας αἷμα.* accedit anon. Lond. XXVI 48 d: *παρεμπείπτειν γὰρ τὸ αἷμα ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας.* fort. *αὐτὰς* ex linea 24 huc rectius transponetur: *παρέμπτωσιν αἵματος ἐκ ⟨τῶν φλεβῶν εἰς αὐτὰς⟩ τὰς ἀρτηρίας* (cf. 7_{14}). prorsus dissimile veri est quod Fuchs proposuit: *εἰς αὐτὰς* (sc. *τὰς ἀρτηρίας*) . . . *ἐκ τῆς φλεβός*. certe expectaveris *ἐκ τῶν φλεβῶν.*

$14_{1/2}$ *τοὺν μέσῳ . . . μεστόν*] cf. II 645_4: *εἶτ' ἐκκόπτειν τὸ μέσον* (sc. *τῶν βρόχων τῆς ἀρτ.*) *αὐτῶν· εὑρεθήσεσθαι γὰρ κενόν.* ibd. 643_6: *ἵν' . . . ὅσον ἐν τῷ μεταξὺ τῶν βρόχων ἐστὶ τῆς ἀρτηρίας, ἐπιδειχθῇ κενὸν αἵματος.* ibd. 644_8: *τὸ περιλαμβανόμενον τῆς μεγάλης ἀρτηρίας εὑρεθήσεσθαι κενὸν αἵματος ἔφασκε.*

14_6 *μὴ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῆς ποιότητος*] IV 479_{10}: *ὅπερ καὶ αὐτὸ μετρίως ἐπιδείκνυται μὴ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῆς ποιότητος τοῦ πνεύματος δεῖσθαι τὴν καρδίαν.* de usu part. I 301_3 H.: *ἡ χρεία τῆς ἀναπνοῆς τοῖς ζῴοις ἐδείχθη διὰ τὴν καρδίαν γίγνεσθαι, τὸ μέν πού τι δεομένην καὶ αὐτὴν τοῦ ἀέρος τῆς οὐσίας, τὸ δὲ πλεῖστον ὑπὸ θερμότητος ζεούσης ἀναψύχεσθαι ποθοῦσαν.* sim.

14_{23} *εἰ [δὲ] καὶ αἷμα*] *δὲ* reiculum, nam verba *τουτὶ τὸ συν.* cum largae conclusionum seriei initium faciant, particulam *δὲ* apponi vetant.

14_{28} sq. *οὐ διὰ τὸ πληροῦσθαι*] cf. V 168_{12}: *οὐ γὰρ ὅτι πληροῦνται, διὰ τοῦτο διαστέλλονται, ἀλλ' ὅτι διαστέλλονται, διὰ τοῦτο πληροῦνται.*

15_2 *προωμολογῆσθαι*] in codicis L scriptura *προωμολογεῖσθαι* lectio rectior delitescit; similia quoque apud Galenum apparent de plac. 338_{11} M.: *δεῖ δὲ πρῶτον ἐντεθυμῆσθαι.* XI 306_5: *προκεκενῶσθαι δὲ χρὴ τὸ σύμπαν σῶμα,* al.

15_5 *αὐτὰς*] subiectum desiderari puto, cf. l. 20: *τοῦ περιέχειν αἷμα τὰς ἀρτηρίας* (quae verba ad hunc ipsum locum spectant). 17_{15}: *τοῦ περιέχειν αὐτὰς αἷμα.* 20_8 *πρὶν* ... *αἷμα περιέχειν αὐτήν.*

15_{15} *ἐν αὐτῷ*] sc. *τῷ συνημμένῳ* (cf. 1_{18}) iniuria Cornarius eliminavit; cf. instit. log. 15_{18} Ka.: *ἐξ ἀποφατικοῦ συμπεπλεγμένου καὶ ἑνὸς τῶν ἐν αὐτῷ* et ibd. $16_{1,5}$.

15_{17} *ἐκ συνημμένου καὶ τοῦ ἀντικειμένου τῷ εἰς ὃ λήγει*] cf. inst. log. 15_{18} Ka.: *ἐπὶ δὲ τοῦ ἐκ συνημμένου* ⟨*καὶ τοῦ*⟩ *ἀντικειμένου τῷ εἰς ὃ λήγει τὸ τοῦ ἡγουμένου ἀντικείμενον ἐπιφέροντες.* Sext. Emp. Pyrrh. hyp. II 157: *δεύτερος δὲ* (sc. *συλλογισμός*) *ὁ ἐκ συνημμένου καὶ τοῦ ἀντικειμένου τοῦ λήγοντος τὸ ἀντικείμενον τοῦ ἡγουμένου ἐπιφέρων.* — *ουτως* ex *τωι* post *ἀντικειμένου* posito facillime poterat oriri: Cornarium secutus si prorsus vocem *τῷ* abieceris, dativi signum desiderabis.

16_2 *βωμὸν ἐλέου*] v. Schultz, Eleos in Roscheri lex. myth. I 1240 et Waser, Eleos apud Pauly-Wiss. s. v. V_2, col. 2321, quorum uterque hunc locum praetermisit.

16_2 *τὴν Πυρρώνειαν ἀγροικίαν*] cf. scr. m. III 193_{14} H.: *ἀλλ' ἀπορητικοί τινες ἐξαίφνης καὶ Πυρρώνειοι γενήσεσθε.* VIII 711_1: *ἐκείνων γοῦν ἔνιοί φασιν οὐδὲ τὰ σφῶν αὐτῶν πάθη βεβαίως γιγνώσκειν, οὓς καλοῦσιν εἰκότως ἀγροικοπυρρωνείους.* XIV 628_{17}: ... *οἰόμενος οὐκ εἰς τοὺς ἀγροικοπυρρωνείους ἥκειν.*

16_6 *τίνων . . . τί*] cf. l. 25. hanc eloquendi rationem quantopere Galenus noster adamaverit, haec docent exempla: de qualit. incorp. 6_8 W.: *ὥστε καὶ ἀπορεῖν εἰκότως, τί τίνι φήσει χρῆναι λέγειν συμβεβηκέναι.* XI 312_{13}: *ἐν ᾧ σκοπούμεθα τίνας ἐπὶ τίσι μέρεσι πεπονθόσι προσήκει διαιρεῖσθαι φλέβας.* inst. log. 7_{14} Ka.: *περὶ τοῦ τίνος ὄντος τί ἐστι καὶ τίνος οὐκ ὄντος τί ἐστιν.* XVI 135_{13}: *διακρινοῦμεν, ποῖον αὐτῶν ἐπὶ τίνων διαιρετέον.* VIII 880_1: *γιγνώσκοντες ἐπὶ πόσῳ χρόνῳ πόσην ἤνυσε διάστασιν.* XI 179_1: *ποίας ἐπὶ ποίοις μέρεσι . . . τμητέον φλέβας.* X 126_{16}: *ἅπασαν τὴν τέχνην τήρησίν τε καὶ μνήμην εἶναι τοῦ τί σὺν τίνι καὶ τί πρὸ τίνος καὶ τί μετὰ τίνος πολλάκις ἑώραται.*

16_8 *νοῦν ἔχον; ἆρά γ' ὡς*] perversa interpunctione sententiam editores corruperunt. Cornarius quidem veritati propius quam alii accessit, interpretes quid fere restituendum esset partim divinaverunt partim finxerunt; praebent enim: *mentis inopes, qui ne norunt quidem, an* w: *modo sibi constare vellent nisi artem . . .* i: *si manere in sua sententia velint* r: *quod omnem mentis captum non excedat* t. equidem vero in voce *ἐναργῶς* mendum latere persuasum habeo; propono igitur *νοῦν ἔχον* (*ἔχοντες* quoque sensum habet, cf. 14_{28}); *ἆρά γ' ὡς.* de *ἆρα* et *ἆρά γε* cf. IV 482_5: *νυνὶ δὲ τί ποτε φήσουσιν; ἆρα διεξέρχεσθαι . . .* de usu part. I 12_6 H.: *τίνος μέντοι σκέπης, οὐκ εἶπεν, ἆρά γε . . .* de qualit. incorp. 8_{11} West.: *ἆρά γε οὖν ἦν ἀίδιον.*

16_{25} *ὁτιοῦν*] hoc ex antecedentibus (l. 5, 9, 22) in contextum irrepsit sensumque foedavit; nam vocis cuiusdam velut *ὁπωσοῦν* vestigia latere non crediderim.

17_1 *θαυμάζω — συνεγένετο*] laudat Susemihl l. c. I p. 798 adn. 122 addito *ἄν* post *πῶς.* fort. error calami ut 10_{17} *πληρεῖς* ibd. p. 804 adn. 147.

17_{16} *συνάγομεν*] post σ. supplevit Cornarius: *ὅτι ἀρτηρίαι πνεύματος οὐ πληροῦνται παρὰ καρδίας,* item in

interpretatione sua; similiter addidit t: *ex illo quod . . . contineatur, colligemus arterias non repleri spiritu ex corde.* non necesse; nam *συνάγειν* in philosophorum libris haud raro absolute dictum deprehendimus, cui vis subest 'conclusionem instituere, conficere', velut apud Aristot. rhet. 1395 b $_{25}$: *οὔτε γὰρ πόρρωθεν οὔτε πάντα δεῖ λαμβάνοντας συνάγειν* et apud Alexandrum in Aristot. analyt. pr. 28_7 Wall.: *διὰ δὲ τῶν ἀντιστροφῶν τοὺς πλείους τῶν . . . συλλογισμῶν δείκνυσθαι συνάγοντας* et in Arist. topic. 140_3 Wall.: *εἰ φαίνοιτο συνάγων καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς ὤν.* membris illis ratiocinationis praemissis nunc quomodo conclusio procedat denuo demonstratur (*ἔσται γὰρ ὁ λόγος τοιοῦτος*); sufficit ergo codicum scriptura, dummodo *τό* (l. 15) Cornarium secutus mutaveris.

17_{20} *αὖθις ἐρωτήσαιμεν ἂν ὧδε*] VIII 957_4: *αὖθις δ' ἂν ἑτέροις ἀποκριναίμην* sim. hoc loco *ἐρωτήσο[ι]μεν* et l. 25 *ἂν ἐρωτήσομεν* quamquam apud Galenum hic illic invenitur (cf. scr. min. I praef. XLV sq. M.) substituere non audeo.

18_8 *ἀσκοὶ . . . φῦσαι*] arterias cum utribus aut follibus iam Hippocrates aliique comparaverant; frequenter Galenus hoc simile admisit. cf. de us. part. I 372_{21} H. ibd. $_{26}$: *δέδεικται μὲν οὖν καὶ δι' ἑτέρων, ὡς οὐκ ἐκ τοῦ πληροῦσθαι τὸ διαστέλλεσθαι ταῖς ἀρτηρίαις ἐστίν, ἀλλ' ἐκ τοῦ διαστέλλεσθαι τὸ πληροῦσθαι . . . ὅτι δ' εἰ μὴ τῷ πληροῦσθαι διαστέλλεσθαι πεφύκασιν ὁμοίως τοῖς ἀσκοῖς, ἀλλὰ τῷ διαστέλλεσθαι πληροῦσθαι καθάπερ αἱ φῦσαι τῶν χαλκέων . . . παντὶ φανερόν· εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἐμοὶ καὶ τοῦτο δι' ἑτέρων ἀποδέδεικται,* quod hunc ad ipsum locum spectare videtur. adde VIII 673_{15}, 702_{14}, de plac. 540_9 M., ibd. 554_4, 715_{10}.

18_{21} *μὴ πέμπεσθαι . . . ἀλλ' ἕλκεσθαι*] cf. V 163_{14}: . . . *οὐ μὴν καθ' ὃν Ἐρασίστρατος ὑπελάμβανεν τρόπον, ἀλλ' ὡς Ἡρόφιλός τε καὶ Ἱπποκράτης καὶ σχεδὸν οἱ δοκιμώτατοι πάντες τῶν παλαιῶν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων.* ibd. 167_6. scr. m. III 249_{17} sq. H.

19_2 *ἀψύχων σωμάτων*] V 167_{17}: *ὡς δ' Ἐρασίστρατος ὑπελάμβανεν, ὀχετῶν ἀψύχων ἔργον, οὐκ ὀργάνων ζωτικῶν αἱ ἀρτηρίαι τοῖς ζῴοις ὑπηρετοῦσιν.*

19_{14} *εἰ ἐθελήσεις*] cf. II 598_1: *εἰ . . . διατεμὼν . . σκοπεῖσθαι βουληθείης . . ., μέχρι μὲν ἂν . . . μεταλαμβάνωσι πνεῦμα . . ., ἔσται τις . . ., ὁπόταν δ' ἐκκενωθῶσι . . ., οὐκ ἔσται.*

19_{14} *γυμνῶσαι*] de plac. 618_4 M.: *φαίνεται δὲ καὶ κατὰ τὰς ἀρτηρίας ἡ αὐτὴ φύσις. ὁμοίως γοῦν τοῖς νεύροις καὶ αὗται διατμηθεῖσαί τε καὶ βρόχῳ διαληφθεῖσαι ἄσφυκτοι γίγνονται, στερηθεῖσαι οὐχ, ὡς Ἐρασίστρατος οἴεται, τοῦ παρὰ τῆς καρδίας ἐπιπεμπομένου πνεύματος, δέδεικται γὰρ ἐν ἄλλοις ὑφ' ἡμῶν ἀδύνατον τοῦτο.*

19_{20} *ἐπισκέπτῃ*] quotquot Galeni libros evolvi, semper vocis *ἐπισκέπτειν* medialem formam inveni, quae in L codicis compendio latet. II 623_3, IV 503, de plac. 512_4 M., XV 509_2, alia sescenta.

19_{20} *θεάσῃ*] Cobetus (Mnemos. VIII nov. scr. p. 257) explicat: 'vitiose Galenus et aequales omnes utuntur verbo *θεᾶσθαι* pro *ὁρᾶν* et *θεασάμενος* pro *ἰδὼν* quasi nihil interesset'. tu cf. quae supra (p. 28/9) diximus; adde II 326_7, *ὄψει . . . παρώφθησαν . . . ἐθεάσαντο*, hic l. 20: *ἐπισκέπτῃ, θεάσῃ . . . ὄψει.* Herbst, Galeni Pergameni de atticissantium studiis testimonia (Lips. 1911) p. 87 sq.

19_{25} *οὕτως*] sc. *τῇ τοῦ πνεύματος φορᾷ.* an mendum latet?

19_{27} in loco paene perdito haec fere restituenda esse coniecerim paucis quidem verbis mutatis vel transpositis: *οὐ μὴν γιγνομένου ⟨τούτου⟩ δῆλον ὡς ἡ [μὲν] δύναμις ἀτρεμεῖ τῷ κινεῖσθαι ⟨μὲν⟩ παρὰ τῆς καρδίας αὐτῆς, διὰ δὲ τῶν χιτώνων ἐπιπέμπεσθαι.*

20_{14} *εἰ τοῦτο . . . ἴσως οὐ συγχωρήσειεν*] cf. IV 497_6: *εἰ τὴν . . . διαβάλλεις αἰτίαν, εἰπέ . . . εἰ δὲ οὐδὲν λέγειν ἔχετε,*

τοῦτο ὅμως . . . συγχωρήσετε. V 150_{16} (exemplum mixtum): εἴπερ οὖν . . . ἡ βλάβη μηδὲν σαφὲς ἀδικεῖ τὸ ζῷον, σχολῇ γ' ἂν . . . ἀδικήσειεν. εἰ δ' οὐδὲν βλάπτουσιν παθοῦσαι, παντί που δῆλον . . . XI 198_{11}: εἰ . . . ὁμότιμόν ἐστι, . . . παρέλιπεν ὁ Ἐρασίστρατος . . . γράψαι . . . εἰ δ' οὐκ ἔστιν ὁμότιμον πάντῃ τὸ τῆς φλεβοτομίας βοήθημα . . ., οὐκ ὀρθῶς αὐτοὶ λέγουσιν. ibd. 211_7: εἰ δ' οὐκ ἀρκεῖ μόνον, ὅτι . . ., εἰ γὰρ ἀρκεῖ τὸ κοινὸν εἰπεῖν . . . XV 505_4: εἰ . . . ἀνέγνωκας, ἀναμνήσθητι νῦν· εἰ δ' οὐκ ἀνέγνωκας, . . . μετάβηθι. ibd. 464_4 εἰ μὴ καὶ . . . δυνατὸς ἦσθα εὑρίσκειν αὐτά . . ., εἰ δὲ οὐκ ἐξεμελέτησας ἐκεῖνα, μάτην . . . ὁμιλεῖς.

20_{20} τὸν τοῦ ποδὸς δάκτυλον κινῆσαι προελόμενοι] cf. de plac. 207_{17} M.: ἥτις (sc. ἡ ἡμετέρα προαίρεσις), οἶμαι, καὶ τῶν πορρωτάτω κειμένων ἑαυτῆς δάκτυλον ὁντινοῦν τῶν ἐν ποδὶ κινεῖ παραχρῆμα, μηδὲν ἐκ τοῦ διαστήματος ἐμποδιζομένη πρὸς τὸ τάχος.

20_{25} ταῦτ' εἴ τις μὴ φυλάττοι θέσιν] quo iure Kalbfleisch vocem μὴ paucis post haud apte inculcatam huc transposuerit, sententiarum connexus docebit. Aristoteles ubique fere θέσιν διαφυλάττειν dicit, quod fortasse hic quoque statuendum est; cf. XI 245_6: οὕτως ἄρα προκείμενόν ἐστιν αὐτὸ (lege — ῷ) διαφυλάττειν ἀεὶ τὰ τοῦ Χρυσίππου. codicis L scripturam φυλάττοι (τ superscr.) aut in -τοιτο aut in -τοι τις [τις iteratum cf. 6_8 ἐπιστήσειε (τ superscr.) (= τις)] dissolvere penes nos est.

21_1 φιλονείκως] cf. Westenberger in diss. Marpurg. p. 20.

21_8 τῶν φαινομένων ἐξ ἀνατομῆς καταψεύδεσθαι] cf. de plac. 651_1 M.: οἱ καταψευσάμενοι τῶν φαινομένων et IV 495_{15}: καταψεύδεσθαι τῶν φαινομένων. τούτοις ante τῶν omissum, deinde suppletum turbas genuisse videtur.

21_7 locum valde mutilum sanare nequeo. voci πεπορισμέν(ων) ea vis subesse videtur quae VIII 954_7: ταῦτ' οὖν αὐτοὶ μὲν λεγέτωσαν, Ἡροφίλου δὲ μὴ καταψευδέσθωσαν . . . μηδ' ἐκ τούτου τὴν πίστιν τῷ λόγῳποριζέσθωσαν et II 286_8

subest: *ἄλλη* (sc. *χρεία θεωρίας*) *δὲ τῷ πρὸς ἐνεργείας τινὸς γνῶσιν . . . ἐξ ἀνατομῆς ποριζομένῳ λήμματα.* Erasistrateos similiter carpit Galenus XI 212_{21}: . . .*ἀποφαινομένων τολμηρῶς ὑπὲρ ὧν οὔτ᾽ εἶδον οὔτε ἰδόντος τινὸς ἤκουσαν οὔτε ἀνέγνωσαν Ἐρασίστρατον γράψαντα οὐδ᾽ ἄχρι τεττάρων ἢ πέντε συλλαβῶν.* Cornarius et interpretes diu se torserunt, quomodo huic loco medela adhibenda esset, sed lectiones ab illis propositae incertiores sunt quam ut dignae sint quae in textum transsumantur, cf. *ὁ τοίνυν ἀναισχύντως ψευδόμενος ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, ἐξ ὧν οὐκ ἦν αὐτὸς πεπορισμένος* Corn: *multo his maiora, quae impudenter contra ea quae ex anatomis suppeditantur, falsa confingit* w: *verum qui in dissectione corporum mentitur, is nullam sibi fidei partem relinquit* i: *sed impudenter in his mentitus deprehenditur, quae ex dissectione suggeruntur* t: sim. r.

Index verborum

*loci emendati

Typis expressit Robertus Noske Bornensis.

Vita

Natus sum Carolus Fridericus Albrecht Borussus die XV mensis Nov. 1885 Berolini patre Ottone matre Maria e gente Hannemann, quos ambo dum in hac dissertatione conficienda occupatus sum lugubri fato mihi abreptos esse magnopere doleo. fidem profiteor evangelicam. primis litterarum elementis per tres annos in schola quae dicitur *Mittelschule* imbutus ab anno 1895 gymnasium frequentavi Steglitziense. autumno a. 1904 testimonium maturitatis adeptus primo universitatis Berolinensis civibus adscriptus sum studiis operam daturus philologis et historicis; tum a vere a. 1905 per sex menses Gissae moratus Berolinum redii. postremo ineunte aestate a. 1907 ad hanc litterarum sedem demigravi. mense decembri 1910 dissertatione hac absoluta examen rigorosum superavi. inde partim domi partim Marpurgi Chattorum commoratus sum.

Docuerunt me viri doctissimi Delbrueck Dessoir Diels Helm Hirschfeld Norden Schaefer W. Schulze Vahlen v. Wilamowitz Berolinenses, Bethe Groos Wuensch Gissenses, Birt Busch Cohen Kalbfleisch Klebs Maaß Natorp v. d. Ropp Thumb † Varrentrapp Marpurgenses. ad exercitationes philologas et historicas me admiserunt Diels Hirschfeld Norden Thiele Thumb Wuensch, seminariorum philologi historici philosophici fui sodalis moderantibus Birtio Kalbfleischio Klebsio Varrentrappio Natorpio. quibus omnibus iustas ac debitas gratias ago semperque habebo, maximas vero Kalbfleischio qui me ad hanc dissertationem scribendam incitavit et in hoc opusculo conficiendo opera et consilio benignissime adiuvit. gratias quoque ago academiae litterarum Borussicae quae codices photographice depingendos curavit mihique suppeditavit.